Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432170-p0001-0

A. 79.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432170-p0003-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432170-p0004-7

A, 79

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432170-p0006-8

# SYNTAXIS LINGVAE GRAECAE, IOANNE VARENNIO MECHLINIENSI AVTORE, VNA CVM ANNOTATIVNCVLIS PAVCIS

*ad præcepta Syntaxis Varennianæ, per Ioachimum Camerarium.*

*Reliqua ſequens pagella indicabit.*



Christophoro Le Somco.

COLONIAE AGRIPPINAE
*Ad interſignium Monocerotis.*

A 79 [1532]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432170-p0007-4

Eiuſdem περὶ προσῳδιῶν, ſiue de Accentibus, libellus nouus, & Græcarum literarum ſtudioſis neceſſarius.

Ἐμμανουὴλ Μοσχοπούλου περὶ προσῳδιῶν.

De Dialectis Græcis collecta ex Corintho, Ioan. Gram. Plutarcho, Ioan. Philopo. atq; alijs eiuſdem claßis autorib. Per Hadrianum Amerotium in gratiam illorum, qui poëtas Græcos intelligere laborant.

Acceßit præterea opuſculum perutile de Paßionibus dictionum ex Tryphone Grammatico.

KŒN.PR.FR.
UNIVERS.
ZV HALLÆ

# IOANNES VARENNIVS ERVDITISSIMO IVRIS VTRIVSque Licentiato, D. Philippo Clerico, S. D. P.

PLVRIMI ſumma eruditione uiri, êditis libris de Græcanica Syntaxi luculentiſsimè præceperunt, nimirum Apollonius, Theodorus Gaza, Laſcaris, aliíq; eiuſdem claſſis non pauci, qui eam poſteritati tradiderũt ſic abſolutam, ut illis quoq; ad percipiẽdam eam linguam ſufficiat, qui Latinè ignorãt, quiq; Quintiliani freti conſilio, Græcè diſcunt, priuſquã ſciant Latinè. Verùm hoc noſtro ſeculo pleriſque hic ordo inuertitur: multis Græcè literaturæ ſtudia tum demum amplectentibus, cùm iam in Latinis literis nonnihil promouerunt: uel quòd tum deniq; animaduertant, quàm non conſiſtit abſq; Græcis linguæ Latinæ peritia, uel quòd in adoleſcẽtia præceptore Græco deſtituti, Latinè tantùm diſcendi facultas ipſis fuit, non etiam Græcè. Quo fit, ut dum perceptis nominum, uerborumq; inflexionibus, ſeſe conferunt ad Syntaxim, offendant eam multis ſuperuacaneis implicitam, ac per hoc nimia prolixitate moleſtam, quòd paſsim, nulloq; diſcrimine commiſceat, ſiue quæ cum Latinis pugnant, ſiue contrà, quæ con-

 ſentiunt.

ſentiunt. Nos itaq;, quò diſcipulorum noſtrorum, quos priuatim erudiendos ſuſcepimus, tantùm ſubleuaremus tædium, collegimus, & in libellum perbreuem digeßimus, quicquid in Syntaxi Græca deprehendimus, quod Latinis uel ignotum, uel ab ipſorum conſuetudine penitus abhorret, omißis omnibus, quæ cum eis conſentiunt. Quanquam autem hæc primùm non in hoc conſcripſimus, ut publicè omnibus inuulgarentur, ſed in uſum tantùm & utilitatem conuictorum noſtrorum: hortantibus tamen, & urgentibus amicis, commiſimus ea prælo Reſcij noſtri, tibiq; imprimis dicanda duximus. Siquidem maximæ mihi iampridem tecū intercedunt conſuetudinis cauſæ. Nempe quòd iſtius tuæ eruditionis haudquaquam uulgaris, me præceptore fundamenta iecisti. Deinde, quòd iam inde à puero domeſtica familiaritate mihi coniunctus, ſingularem ſemper mihi exhibuiſti beneuolentiam. Deniq; quòd uirilem ætatem iam ingreſſus, tamen non ceſſas perpetuò tui in me amoris declarare ſynceritatem. His omnibus etiam accedit, quòd frater germanus es ornatißimi illius, & ſumma humanitate præditi iuuenis, eaq; utriuſque literaturæ, & ſacrarum literarum eruditione, ut unus non modò ſuæ familiæ aut patriæ, uerumetiam uniuerſo Chriſtianorum orbi ingenio ſuo, ſi uita longior contigiſſet, ornamento eſſe potuerit: illius inquam Reuerendiß. D. Ioannis Clerici, quondam Archiepiſcopi Arborenſis, apud

Sardos

Sardos diſcipuli, & patroni mei dum uixit, magnificentiſsimi: quem tu quidem uniuerſis animi dotibus, morumq́; integritate adeò refers expreſsè, ut non poſsis expreſsiùs. Suſcipe igitur hos noſtros περὶ συντάξεως ἑλληνικῆς commentariolos, in quorum pleriſque locis utimur exemplis è ſacris libris deſumptis, quòd ſciam tibi, cùm & ipſe Eccleſiaſticorum ordini temet adiunxeris, in primis probari, quicquid Eccleſiaſticam ſcripturam quoquo modo ſapiat. Vale, Louanij, Anno à Chriſto nato, milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſecundo, Calendis Iulij.

# SYNTAXIS NOMINVM.

## GENITIVVS poſt nomen.

COMPARATIVVM GENItiuum exigit, ſignificantem rem exceſſam.

Ἀχιλλεὺς ἰσχυρότερός ἐστιν Αἴαντος, Achilles eſt fortior Aiace. οὐδενὸς χεῖρον, nihilominùs. Hinc quod primo Corinthior. decimotertio. μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη legimus, maior horum eſt charitas, pro maior his: Et ad He-

bræos tertio: καθ᾽ ὅσον πλείονα τιμὴν ἔχει τοῦ οἴκου ὁ κατασκευάσας αὐτὸν, quantò ampliorem honorem habet domus, qui fabricauit illam, pro ampliorem domo, uel ampliorem quàm domus.

Et multô latius patet hic uſus comparatiui cum genitiuo apud Græcos, quàm cum ablatiuo apud Latinos. Frequenter enim illi per comparatiuum cum ſuo caſu explicant, quæ Latinis uocibus eodem modo ſermonis abſurdè dicerentur. Sed addendum eſt, quàm, aut aliud ſimile. Δεῖ προσέχειν τῶν ἐμπείρων δόξαις οὐχ ἧττον τῶν ἀποδείξεων, aſſentire oportet opinionibus expertorum, non minùs quàm demonſtrationibus. κάλλιόν ἐστιν εὖ ποιεῖν φίλους τῶν ὀθνείων, honeſtius eſt amicis benefacere, quàm alienis. τοῖς εἰδόσι τῶν ζητούντων ἡδίων ἡ ἀγωγὴ, ſcientibus uita ſuauior eſt, quàm indagantibus. μᾶλλον νομίζω σε φίλον τοῦ ἐχθροῦ, magis puto te amicum, quàm hoſtem. κρείττων λόγου, excellentior quàm dici poſſet. κρείττων τῆς παιδείας, excellentior quàm quem doctrina emendare poſſet. κρείττων μέμψεως, maior quàm ut reprehendi debeat. στεῤῥότερος λόγων, firmior quàm dici poſſet. ἰσχυρότερος πίστεως, fortior quàm credi poſſet. μεῖζον λόγου ἔργον, opus maius quàm ſermone explicari poſſet. ἥττων ὀργῆς uel ἔρωτος, minor quàm ut iraſci uel amare poſſet. Conſtruitur nonnunquam comparatiuum mediante coniunctione ἤ, idq; quandoq; cum ge-

nitiuo, ὁμίλησα ἀρείοσιν ἢ ὑμῶν. Quandoque cum eo caſu quem poſtulat uerbum adiunctum, ὡμίλησα ἀρείοσιν ἤπερ ὑμῖν, conuerſatus ſum cum uiris melioribus quàm uos eſtis. Quandoque cum ἢ κατὰ, & accuſatiuo, πλέιον ἢ κατ᾽ ἄνθρωπον, plus quàm ſecundum hominem. Quandoque cum infinitiuo, νόσημα μεῖζον, ἢ φέρειν, ægritudo maior quàm ut feratur. Cui interdum interponitur ὥστε, aduerbium digreſſiuum, τὸ νόσημα μεῖζον ἢ ὥστε δύνασθαι φέρειν, ægritudo maior, quàm ut poſſet ferri.

At ſuperlatiuum nihil horum poſt ſe admittit.

Admittunt etiam comparatiua plurima aduerbia, λίαν, πάνυ, μᾶλλον, & ſimilia, ut πάνυ μεῖζον ἐστι, μᾶλλον ἑτοιμότερον, multò promptius. Verùm ſuperlatiua, quia ſignificant ſummam intentionem, non item.

Superlatiua adſciſcunt genitiuum, ſed pluralem duntaxat, ἰσχυρότατος ἁπάντων, fortiſſimus omnium. Cæterùm illud, ἄριστα ἑαυτοῦ διελέχθη, optimè ſui ipſius diſſeruit, ponitur loco huius ἄριστα τῶν ἄλλων ἑαυτοῦ διαλέξεων διελέχθη, optimè aliarum ſui ipſius diſputationum diſſeruit, id eſt, inter alias. Non enim fit comparatio ad eam perſonam, quam ſignificat genitiuus ſingularis, ſed ad alias ipſius diſputationes. Similiter ἀυτὸς ἄυτου κράτιστος, ponitur loco huius, κράτιστος τῶν ἄλλων ἑαυτοῦ πραγμάτων. Et ita in alijs.

*Sunt etiam nomina quædam non quidem ſuperlatiua: ſed in ſe habentia natiuam quandam ſuperlatiuorum eminentiam, & ob id ſimilem ſuperlatiuis ſortiuntur cõſtructionem, ut* δῖα, μόνος, κορυφαῖος, ἔξοχος. δῖα θεάων, *diua dearum,* μόνος ἁπάντων, *ſolus præ omnibus.* κορυφαῖος, ἔξοχος πάντων, *excellẽs, eximius præ omnibus.*

*Atticè ponitur ſuperlatiuum, pro cõparatiuo, & illius conſtructionem obtinet: quô fit, ut tunc addatur genitiuo, tã ſingulari quàm plurali,* πλεῖστόν σου ἐμόγησα, *pro* πολλῷ πλεῖόν σου ἐμόγησα, *multò plùs te laboraui.* τὰ ἄῤῥενα κινητικώτατα ἐστὶ τῶν θηλέων, *pro* κινητικώτερα, *longè agiliores fœmellis ſunt maſculi.*

*Et è contrario, comparatiua capiuntur loco ſuperlatiuorum* πάντων σοφώτερος ἦμου Σωκράτης, *pro* σοφώτατος. *Sic primæ Corinth. 13.* μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη, *maior his charitas,* μείζων *dixit, pro* μεγίστη. *Quale & illud Catulli:*

*Heſpere qui cœlo luces iucundior ignis. pro iucundiſsimus ignis.*

*Superlatiuum præter genitiuum admittit etiam aliquot adiectiua* πλεῖστα, πολλῷ ὅσον, *& ſimilia.* πλεῖστα εὐδαιμονέστατος, *maximè fœliciſsimus.* πολλῷ μάλιστα, *multò maximè.* ὅσον πλεῖστον, *quantùm plurimùm,* ὅσος μέγιστος, *quantus maximus.*

*Præponunt etiam ſuperlatiuis* ὡς, *mediante* δύναμαι,

μαι, aut οἷόν τε, aut alio ſimili. ἐξώπλισε στρατιὰν ὡς ἐδύνατο κάλλιστα, armauit exercitum quàm potuit pulcherrimè. ὡς οἷόν τε ἄριστα, quàm potuit optimè. Loco cuius etiam licet ponere participium uerbi ἐνδέχομαι, mutato ſuperlatiuo aduerbiali in nominale. Ariſt. 7. Politicôn. ἡ δὲ πόλις κοινωνία τίς ἐστιν ἕνεκεν ζωῆς τῆς ἐνδεχομένης ἀρίστης, ciuitas eſt ſocietas quædam, uitæ gratia, quàm fieri poteſt optimè.

Nomina adiectiua neutri generis accipiuntur nonnunquam abſtractorum loco, & more illorum admittunt genitiuum. τὸ σοφὸν τοῦ Πέτρου, pro ἡ σοφία τοῦ Πέτρου. τὸ τοῦ ἀνθρώπου καρτερικὸν, pro ἡ τοῦ ἀνθρώπου καρτερία, τὸ ἀγαθὸν τοῦδε, pro ἡ ἀγαθότης τοῦδε.

Adiectiua crebro regunt genitiuum, ἐλλειπτικῶς, deficiente ἕνεκα, ut μακάριος τῆς θέας, id eſt, ἕνεκα τῆς θέας, beatus qui iſta uideris.

Adiectiua facta per α particulam priuatiuam, adſciſcunt genitiuum, uel accuſatiuum mediante præpoſitione πρὸς, ut ἄκληρος τῶν πατρῴων, Exhæres patrimonij. ἀθέατος τῆς ἀληθείας, uel πρὸς τὴν ἀλήθειαν, qui non uidet ueritatem. ἄπιστος τούτου, uel πρὸς τοῦτον, non credens huic. Sic Vergil. in 9. Fiduſq; ad limina cuſtos.

Nomina adiectiua poſſeßiua aliquoties tranſeunt in ſubſtantiua neutri generis, & tunc habent genitiuum ſui ſubſtantiui, ut pro Ἰωνικὴ στολὴ, ſæpè dicitur,

ἰωνικὸν τῆς στολῆς, Ionica ſtola.

Sunt & alia quædam adiectiua, quæ ſubſtantiuè poſita, genitiuum admittũt. ἐις ὅσον δόξης, pro ἐις ὅσην δόξαν. ἐπὶ μέγιστον δόξης, pro ἐπὶ μεγίστην δόξαν, ἐπὶ μέγα δόξης, pro ἐπὶ μεγάλην δόξαν. Quod non ſolùm fit in neutro, ſed quandoque etiam in eo genere, cuius eſt genitiuus adiunctus. πολλὴ τῆς ὁδοῦ, pro πολὺ τῆς ὁδοῦ, uel πολλὴ ὁδὸς, multa uia. ὠμὴ τῆς μερίδος, pro ὠμὸν τῆς μερίδος, uel ὠμὴ μερὶς, pars cruda, πολλὴν τῆς σικελίας ἐπέδραμεν, pro πολὺ τῆς σικελίας, multam partem Siciliæ incurſauit. αἱ ἡμίσεις τῶν ἄρτων, dimidia pars panum.

Item hæc ἄξιος, ἀνάξιος, ἄπειρος: & ſimilia genitiuo gaudent. Matthæi. 3. ποιήσατε καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας, facite fructus dignos pœnitentia. Luc. 10. ἄξιος ὁ ἐργάτης τοῦ μίσθου αὐτοῦ, dignus eſt operarius mercede ſua ἀνάξιος τοσούτων δώρων, indignus tantis muneribus. Et uerbalia in κος, ποριστικὸς ἐπιτηδείων, ποιητικὸς τῶνδε. Quæ differentiam ſignificant, ἕτερον, διάφορον, ἄλλο & ſimilia. ἄλλος τούτου, alius ab hoc, διάφορον ἐκείνου, ab illo diuerſum.

Nomina priuatiua, πένης, γυμνὸς, ὀρφανὸς, ἐνδεὴς, ut ἐνδεὴς πάντων, indignus omnium.

Et plenitudinis nomina, πλούσιος πραγμάτων, εὔπορος, πλήρης. Quoduis adiectiuum partitiuè poſitum, adſciſcit genitiuum. οἱ γνήσιοι τῶν φίλων, qui inter

ter

ter amicos ingenui ſunt. Quale etiam illud Plinianum: Ouorum oblonga. Cùm ſignificatur aliquid ineſſe, ſiue adeſſe cuipiam, quod ad laudem, ſiue uituperium pertinet, per genitiuum effertur, ἀνὴρ μεγάλης ἀρετῆς, uir magna uirtute. Quod & per accuſatiuum dicitur συνεκδοχικῶς, ἀνὴρ μέγας ἀρετήν.

Genitiuus quandoq; per ſe poſitus, abominantis eſt, τῆς ἐξουσίας, ô licentiam hominum, τῆς τύχης, ô fortunam. Ponuntur etiam huiuſmodi orationes loco harum, ὦ τῆς τύχης uel φεῦ τῆς τύχης.

DATIVVS POST NOMEN.

Comparatiuum gaudet datiuo, ſignificante quantitatem, ſiue modum exceſſus. μείζων ἐμοῦ ἑνὶ δακτύλῳ, maior me uno digito. πολλῷ μείζων, multò maior.

Adiectiua compoſita à σὺν et ὁμοῦ, datiuum poſtulant, σύντροφος ἐμοί, collectaneus ſeu connutritus mihi, ὁμόψηφος ἐκείνῳ, cum illo eiuſdem ſententiæ, ὁμόψυχος ἐμοί, unanimis mecum.

Adiectiua quæ paßiuè capiuntur, adſciſcunt datiuũ, ἄγνωστον τοῖς πολλοῖς, uulgò ignotum.

Græci per duos datiuos mediante coniunctione καὶ, ea proferunt, quæ Latini per unum datiuum cum aduerbio, congregandi, ſiue cum ablatiuo præcedente præpoſitione Cum. Ioan. 2. τί ἐμοὶ καὶ σοὶ γύναι; quid tidi mecum negocij eſt mulier? Matth. 8. uociferantur dæmones, τί ἡμῖν καὶ σοὶ Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ θεοῦ; quid tibi

rei nobiſcum eſt Ieſu fili Dei? Et cap. 27. μηδὲν σοι καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ. Ne quid rei tibi ſit cum iuſto illo.

## ACCVSATIVVS poſt nomen.

Græcis paßim conſtruuntur accuſatiuo nomina adiectiua per ſynecdochen in oratione ſoluta. τὴν ῥῖνα, κορύσης μεστὸς, nares muco plenus. κόσμιος τὴν ἀναβολὴν, ornatus ueſtem. τὸ σχῆμα εὐπρεπὴς, habitum decorus. Quod etiam per datiuũ dici poteſt, κόσμιος ἀναβολῇ, ὅμοιος τὸ μέγεθος, uel, τῷ μεγέθει. ἀνόμοιος ὄψιν, uel ὄψει.

In accuſatiuo ponitur etiam, quòd eſt ſecundum aliquid σοφὸς τὰ μηχανικά.

Adiectiua gaudent accuſatiuo, ſi intelligas κατὰ: ut Σύρος καὶ τὸ ὄνομα, καὶ τὴν πατρίδα, Syrus & nomine & patria. ὀλίγοι τὸν ἀριθμόν, pauci numero. Sic Vergil. in 5. Creſſa genus.

Verbalia in εον adſciſcunt datiuum uel accuſatiuum. Hoc fit, quòd huiuſmodi uerbalia reſoluantur per hoc nomen ἄξιον, & per infinitiuum. Vnde datiuus refertur ad hoc nomen ἄξιον, quod gaudet datiuo, ut χρηστέον ἐμοὶ, id eſt, ἄξιόν ἐστί μοι τοῦ χρῆσθαι, ἀποδοτέον ἐμοὶ, id eſt, ἐμοὶ ἄξιόν ἐστι τοῦ ἀποδοῦναι. ἰτητέον ἐμοὶ, ἄξιόν ἐστί μοι τὸ ἰέναι.

Accuſatiuus uerò ad infinitiuum refertur, qui ex natura ſua ante ſe poſcit accuſatiuum, ut: χρηστέον ἐμὲ,

hoc eſt, ἄξιόν ἐστιν ἐμέχειν αὐτῆς. ἰατέον τὴν νόσον ἀμελοῦντα τῆς αἰτίας, id eſt, ἄξιόν ἐστι τῷ ἀμελοῦντα τῆς αἰτίας ἰᾶσθαι τὴν νόσον, medendum eſt morbo ei, qui negligit cauſam.

Præter hunc datiuum, uel accuſatiuum, regunt caſum ſui uerbi, ut ἀποστατέον ἐμοὶ, uel ἐμὲ τοῦ πράγματος. Quia ἀφίστημι τοῦ πράγματος. Δοτέον ἐμοὶ, uel Δοτέον ἐμὲ τῷ φίλῳ ἀργύριον. Quia Δίδωμι τῷ φίλῳ ἀργύριον. γραπτέον ἐμοὶ τὴν ἐπιστολὴν quia γράφω ἐπιστολήν. Sæpe etiam additur his uerbalibus uerbum ſubſtantiuum, ut ſit ſermo plenus. ἐστι γραπτέον ἐμοὶ, λεκτέον ἐστίν. Loco cuius utūtur quandoq; participio Atticè, ut ἔγνων μενετέον ὄν, cognoui manendum eſſe, οἶδα γραπτέον ὄν, noui ſcribendum eſſe.

Dicunt & pluraliter γραπτέα ἐμοὶ, pro γραπτέον ἐμοὶ, Attico more, quorum eſt uti pluralibus loco ſingularium.

Efferuntur etiam more nominum adiectiuorum, λυπτέος νόμος, γραπτέα γράμματα, γραπτέα ἐπιστολή. Ita & in alijs.

Atticis eleganter obliquis caſibus antecedentibus, oratio recto caſu clauditur: εὑρεῖν ἐστιν τοῖς ἀνθρώποις ἀλλοφονίαν, μοιχείαν, ἐπιορκίαν, ἀνδρομανίαν, τὸ πάντων ἔσχατον κακῶν ἰδωλολατρείαν. pro καὶ ὅ, τι ἐστὶν ἔσχατον πάντων κακῶν ἰδωλολατρείαν, &

quod

*quod omnium malorum primum eſt, idololatriam.*

ζῇ ἄνθρωπος ἔτη ὀγδοήκοντα, ἢ ἐννεάκοντα, ἢ ἑκατὸν τὸ μακρότατον, *id eſt,* ὅ, ἐστι τὸ μακρότατον.

*Attici uſurpant uocatiuum pro nominatiuo, Macedones uerò & Theſſali è contrario, nominatiuum pro uocatiuo. Homerus:* αὐτὰρ ὁ αὖτε Θυέστ᾽ Ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι. *uocatiuum* Θυέστα *poſuit pro nominatiuo* Θυέστης. *Quorũ imitatione Latini dicunt in nominatiuo poëta pro poëtes, propheta pro prophetes.*

*Apud poëtas adiectiuũ ſæpe non reſpondet ſuo ſubſtantiuo, neq; genere, neq; caſu.* κλυτὸς ἱπποδάμεια, *pro* κλυτὴ ἱπποδάμεια. θῆλυς ἐέρση, *pro* θήλεια ἐέρση. ἦλθον ψυχὴ σκῆπτρον ἔχων, *pro* ἔχουσα, αἰδὼς καὶ νέμεσις καλυψαμένω, *pro* καλυψαμένη.

*Apud Heſiodum* ἀπόλλωνα ἀστράπτων *pro* ἀστράπτοντα. *Apud alios ſcriptores uidetur etiam ſæpenumerò non reſpondere genere Atticorum more, qui participijs ſingularibus uerborum imperſonalium iungunt neutra nomina pluralia, ut* ταῦτα δόξαν ἡμῖν, *pro* ταῦτα δόξαντα ἡμῖν, *de quo latiùs poſtea.*

*Item ſubſtantiuis fœm. iungũt adiectiua in os. Chryſoſt.* ὑπομένω θλίψεις διαφόρους καὶ ποικίλας, *ſuſtineo adflictiones diuerſas & uarias.*

*Hoc eô fit, quòd Atticis adiectiua in* ος *communiter accipiantur, maximè in compoſitis & deriuatis, ut* ὁ καὶ

ἡ ἑταῖρο-

ὁ ἡ ῥιζοφάγος, ὁ καὶ ἡ ἀρχηγός, ὁ καὶ ἡ δημιουργος, κακοῦργος, ἔπακτος, ἐπαγωγός, φιλόσοφος, & ſimil.

Et in deſinentibus in ος purũ, & in ρος, ut ὁ καὶ ἡ θυραῖος, ῥαγδαῖος, σπουδαῖος, βίαιος, διάφορος.

Et in μος, ut ὁ καὶ ἡ βάσιμος, θανάσιμος, δικάσιμος, γνώριμος, δόκιμος, ὥριμος, πλοΐμος, ἑτοιμος. Præter hæc etiã χαῦνος & ἐξίτηλος, ut ἡ χαῦνος γῆ, ἡ ἐξίτηλος συμφορά. Itẽ pro maſ. & fœm. eleganter utũtur neu. δεσποτικώτερον ἀδικία δικαιοσύνης ἐστὶν, ἀδικία οὐκ ἐστὶ κερδαλεώτερον δικαιοσύνης. ἡ φύσις ἐστὶ φιλότεκνον. Iungitur in hoc ſchemate interdum plurale cum ſingulari. χρήσιμον εἰς ἀγνείαν αἰνῆσαι, quæ locutiones emphaſin quandam habent.

In quibuſdam adiectiuis certa quædam ſubaudiuntur ſubſtantiua, quorũ aliquot adſcribemus exempla, è quibus etiam cætera facilè intelligentur. πρὸς ὀρθὴν, ſubauditur γραμμὴν, uel γωνίαν, ad rectã lineam, uel ad rectũ angulũ. ἐπ᾽ εὐθείας εἶναι, ſubauditur γραμμῆς. τὴν ἐπὶ θάνατον ἰέναι, id eſt, τὴν ἐπὶ θάνατον ἄγουσαν ὁδὸν ἰέναι, ire uiam quæ ducit ad mortẽ. τὴν ἐπὶ θανάτῳ κρινόμενος, ſubauditur, ὁδὸν, id eſt, condemnatus ad mortem. ἑτέραν τρέπεσθαι, ſubauditur ὁδὸν. ἀξίαν ἀποτίνειν, ſubauditur τιμωρίαν.

Loco ſingularium nonnunquam uſurpant Attici nomina pluralia: ut οὐδ᾽ ὅσια πράττειν τοῦτο, pro οὐδὲ ὅσιον. Sic τὰ πρῶτα primùm, τ᾽ ἀρχαῖα, olim, τὰ τε-

λευταῖα,

λευταῖα, *ad ultimum.* τὰ μάλιστα, *maximè.* τὰ ὕστα-τα, *poſtremò.* πολλαπλάσια *multipliciter.* πολλὰ *multùm.* μέτρια *mediocriter.* μεγάλα *magnificè.* μη-δέτερα *neutrum.* θάτερα *alterum.* ὁπότερα *utrumlibet.* ἐπὶ θάτερα, *in diuerſum, in alteram partem.* ἐπὶ τά-δε μὲν, ἐπ᾽ ἐκεῖνα δὲ: *uel ſic* ἐπὶ θάτερα μὲν, ἐπὶ θάτερα δὲ, *pro citra & ultra dicunt.* Et ἕκαστοι, *pro* ἕκαστος, *unuſquiſq;.* Similiter *ſuperlatiua,* ἀλυπότα-τα *lætiſsimè.* ἀοκνότατα *impigerrimè.* ἀκλεέστατα, *ignauiſsimè.* κεχαρισμενώτατα *gratiſsimè.* Compara-*tiua uerò non item, nam ſemper per ſingulare enunci-antur.*

*Nomina numeralia compoſita, dum numerus minor præcedit, proferuntur in oratione mediante cõiunctio-ne* καὶ, *ut* τρισκαίδεκα, τεσσαρεσκαίδεκα, πεντεκαί-δεκα, ἑκκαίδεκα, τρίτος καὶ τριακοστὸς, *loco cuius etiam poteſt dici* τρίτος πρὸς τοῖς τριάκοντα, *uel* τρίτος ἐπὶ τριακοστῷ *triceſimus tertius. Sed dum nu-merus maior præcedit, efferuntur ſine coniunctione:* δε-κατρία, δεκαπέντε, δεκατέσσαρα, δεκαέξ. *Et ita in alijs, quæ ſunt infra centum. Nam ſupra centum profe-runtur etiam mediante coniunctione, maiore numero præcedente, ut* ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα.

*Cæterùm, nomina numeralia cardinalia iuncta, ſine coniunctione quidem proferuntur, ut dictio compoſi-ta, non ut oratio:* δεκατρία εἰκοσιτέσσαρα, εἰκοσιέξ.

Si uerò

*Si uerò media ſit coniunctio, καὶ, proferuntur modò ut dictio compoſita, modò ut oratio, ut: τρία καὶ δέκα, uel τριακαίδεκα, τέσσαρα καὶ εἴκοσι, uel τέσσαρακαιεικοσι.*

*Ordinalia uerò ſemper efferuntur ut oratio. εἰκοστὸς πρῶτος, ἑβδομηκοστὸς δεύτερος. Niſi conſtet ex altero cardinali, & altero ordinali, ἑπτακαιδέκατος, ἐννεακαιδέκατος. Similiter ſi iugantur plures numeri aduerbiales, erit oratio, non dictio compoſita, ut ἐννεάκις, εἰκοσιάκις, καὶ ἑπτακοσιοπλασιάκις id eſt, nouies, uicies ſupra ſeptingenties.*

*Si uerò præcedant numeri cardinales, & poſtremus ſit aduerbialis, proferentur ut unica dictio cõpoſita, non ut oratio, ut ἐννεακαιεικοσικαιεπτακοσιοπλασιάκις, quæ dictio ualet, nouies & uicies ſupra ſeptingenties.*

*Quæ Latini dicunt undeuiginti, duodeuiginti, undetriginta, & ſimilia, Græcis dicuntur hoc modo: δυοῖν δέοντα ἑκατὸν ἔτη, duodecenteni anni. δυοῖν δεούσας ἑκατὸν μνᾶς, duodecenteni minas. δυοῖν δεούσων εἴκοσι ναῶν, duodeuiginti nauium. Vel per genitiuum abſolutum, τριάκοντα μιᾶς δεούσης τριήρεις, undetriginta triremes, δυοῖν δεόντοιν εἴκοσι ἄνθρωποι, duodeuiginti homines. ἑνὸς δέοντος εἴκοσι, undeuiginti: pro quo licet dicere, ἑνὸς δέον εἴκοσι, poſito ſcilicet imperſonali. δέον, loco genitiui abſoluti, more Attico, ut in participijs notabitur.*

Poteſt etiam in omnibus his loco numeri maioris poni datiuus numeri ordinalis, ut pro μιᾶς δεούσης τριάκοντα τριήρεις, dicamus μιᾶς δεούσης τριακοστῇ τριήρει. Et pro ἑνὸς δέοντος εἴκοσι ἄνθρωποι, ἑνὸς δέοντος εἰκοστῷ ἀνθρώπῳ, & in alijs ſimiliter.

Dicunt etiam ἵππος χίλια, pro mille equites, quaſi millenarius equitatus. & μύρια ἵππος, pro μύριοι ἱππεῖς.

Quod genus loquendi non eſt apud Latinos, Interrogatiua numeralium ſunt πόσα. Ad quod reſpondetur δύο, τρία, & alij cardinales. ποσάκις, ad quod reſpondetur δὶς, τρὶς, & alij aduerbiales. πόστος, ad quod reſpondetur, τρίτος, δεύτερος, τέταρτος, ordinales. ποστημόριον, id eſt, quotæ partis quaſi πόστον μόριόν ἐστιν, ad quod reſpondetur, τριτημόριον, triens. τεταρτημόριον, quadrans, & ita in alijs. Pro quo etiam dicitur τρίτον ἐπὶ μορίων, & τέταρτον ἐπὶ μορίων, πέμπτον ἐπὶ μορίων. Sic πολλοστὸν, uel πολλοστημόριον, pars una è multis, id eſt, particula minima. ὀλιγοστὸν, pars una è paucis. μυριοστὸν, ex infinitis una pars. χιλιοστὸν, è mille pars una, hoc eſt, milleſima.

His ſimilem formam habet δυοστὸν, hoc eſt, δευτέρος ἐπὶ μορίων, ſemiquinque. Quod tamen legiſſe ſe apud autores negat Budæus.

## Appendix quinta.

Quædam nomina conſtruuntur aduerbiorum loco, ut ὅσον, fermè, circiter. Vnde ὅσον αὐτίκα, quamprimùm. ὅσον οὐδέπω, fermè. ὅσον ἥκει ἐπ' ἐμὲ, quatenus ad me pertinebat. ὅσον τάχος, uel ὅτι τάχος, quàm celerrimè.

Quando autem poſtponitur dictionibus, ſignificat ualdè. ἀμήχανον ὅσον, ualdè difficilè. θαυμαστὸν ὅσον, mirum in modum, pro eodem capitur θαυμαστὸν ἡλίκον. Sic ὀλίγοι ὅσοι, admodum pauci.

Item χολῇ γε pro multò minùs, nullatenus, ut εἰ δὲ μὴ τούτων χολῇ τῶν γε ἄλλων ἔσται τὰ γένη παρὰ τὰ εἴδη, ſi uerò non horum multò minùs, ſiue nullatenus, aliorum erunt genera præter ſpecies. Sic etiam hi accuſatiui, βλέπειν σεμνὸν, βλέπειν βλοσυρόν τι, βλέπειν βασιλικὸν, βλέπειν μανικόν.

## Appendix ſexta.

Sunt etiam nomina, quæ nonnunquam ornatus gratia inſeruntur, & ad ſententiam ipſam nihil conferunt, ſed planè abundant, ut τίς uel τί. Lucian. πρὸς δή τι τοῦτο ἔφην, ad hoc igitur ego reſpondi.

Hinc dicitur ὅπως τι, σχεδόν τι, πάνυ τι, quod & πάνυ τοι dicitur. Et ποιόςτις interrogatiuè pro ποῖος, ποίους τινὰς pro ποίους. πόσος τις, pro πόσος. & ὁπόσος τις, pro ὁπόσος. ὁποῖός τις, pro ὁποῖος. οἷός τι, pro οἷος.

Sic Græcorum imitatione apud Ciceronem Philip. 2. abundat quid. Neſcio quid conturbatus eſſe uideris.

Ex hoc ſchemate fit, quod interrogatiua Græcis nõnunquam duplicentur hoc modo: ποῖα ποίοις, ποῖος ποίῳ, τίς τίνι. Sic Ariſtot. in 4. Politico. τίς δὲ πολιτεία τίσι, καὶ ποῖα συμφέρει ποίοις, ἐχόμενόν ἐστι τῶν εἰρημένων διελθεῖν.

# SYNTAXIS VERBORVM.

## NOMINATIVVS ante uerbum.

Nominatiuus pluralis neutri generis, Atticis conſtruitur cum uerbo ſingulari, τὰ παιδία παίζει, pro παίζουσι, pueri ludunt. ζῶα τρέχει, pro τρέχουσιν, animalia currunt.

Hoc poëtis etiam fit in maſculino & fœmino, τοῦ δ' ἦν τρεῖς κεφαλαὶ, pro ἦσαν, illius erant tria capita, μελιγάρυες ὕμνοι ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων τέλλεται, pro τέλλονται, dulciſoni hymni facti ſunt initia poſteriorum ſermonum. Inueniuntur etiam hoc modo neutra pluralia, Atticè iuncta in participijs ſingularibus uerborum imperſonalium, ut Plato in Prota. Δόξαν δὲ ἡμῖν ταῦτα, pro Δόξαντα ἡμῖν ταῦτα, cùm hæc inter nos conueniſſent.

Quo in loco etiam accuſatiuus participij uerbi impersonalis ponitur loco genitiui abſoluti, ut latiùs dicemus in capite de participijs. ἄμφω καὶ δύο, tametſi ſint tantùm dualis numeri, conſtruuntur etiam uerbis pluralibus, ἄμφω τρέχετον, uel ἄμφω τρέχουσι, ambo currunt.

Nomina quæ formatione quidem ſunt pluralia, ſignificatione uerò dualia, uel ſingularia, nō iunguntur uerbis dualibus uel ſingularibus, ſed pluralibus duntaxat. ἀθῆναι φιλοσοφίαν ἔτρεφον, non ἔτρεφε, Athenæ philoſophiam nutriebant.

Ante uerbum ponitur nonnunquam Atticè genitiuus loco nominatiui, εἴθε μοι τούτου τοῦ ἀγαθοῦ γένοιτο νῦν, utinam illius boni mihi nunc fiat. Quale illud Ciceronis: Cùm illius temporis mihi uenit in mentem.

Verbum quod ante ſe habet nominatiuum, reſolui poteſt quandoque quidem in cognatum nomē, idq; uel per nominatiuum, uel per genitiuum, ut λύκιοι συνεμάχουν τοῖς τρωσίν. Lycij auxiliabantur Troianis, ſic reſoluitur, σύμμαχοι τοῖς τρωσίν ἦσαν, uel ſic, τῶν συμμάχων ἦσαν, ex auxiliaribus erant.

Quandoq; uerò in participijs, itidem uel per nominatiuum uel per genitiuum, ſic: συμμαχοῦντες ἦσαν, uel ſic: συμμαχούντων ἦσαν. Semper enim loco nominatiui, quem poſt ſe habet uerbum ſubſtantiuū, licet ponere genitiuum pluralem Atticè, ut: ἐκείνου ὑπάρ-

χου δίκαιος, uel ἐκεῖνος ὑπάρχει τῶν δικαίων. ἔστι εὐγενής, uel τῶν εὐγενῶν.

## SYNTAXIS VERBORUM ſubſtantiuorum.

VErbum τυγχάνω cum ſit ſubſtantiuum, utrinq; habet nominatiuum, meliùs tamen poſtponitur ei nominatiuus participij uerbi ſubſtantiui εἰμὶ, cum alio nominatiuo, hoc modo: Σωκράτης τυγχάνει ὢν σοφός, Socrates eſt exiſtens ſapiens.

Quòd ſi ei poſtponatur participium uerbi adiectiui, nõ opus erit præterea alio nominatiuo. Perfectè enim dicimus: Σωκράτης τυγχάνει περιπατῶν, Socrates eſt ambulans. Σωκράτης τυγχάνει διαλεγόμενος, Socrates eſt diſputans, omiſſo participio ὤν.

Conſtruitur etiam quandoq; uerbum ſubſtantiuum ἔστι cum articulo ſubiunctiuo, & in recto, & in obliquo, tam ſingularis quàm pluralis numeri, hoc modo: ἔστιν οἵτινες, hoc eſt aliqui. οὐκ ἔστιν οἵτινες τρέχουσι, nulli currũt. ἔστιν οἷς, pro quibuſdam, φωνή τις ἔστιν οἷς διηκούετο, uox quædam quibuſdam exaudiebatur. ἔστιν οὕς, aliquos, ut ἑώρων πολλοὺς μὲν ἐκ μάχης φεύγοντας, ἔστι δ' οὓς εἰς θάνατον περιπεσόντας, uidi multos è conflictu fugientes, & aliquos in morte proſtratos: pro quo etiam dicunt, ἔστιν οὓς τινάς. ἔστιν ὧν quo-

quorundam. ἔστιν ὅς, quidam. ἔστιν οὗ, cuiuſdam. Et ſic de alijs caſibus.

Conſtruitur etiam hoc modo: ἔστιν ὥς, pro quodammodo, quadantenus, ut ἔστι μὲν ὥς καὶ ὕλη μέρος τινὸς λέγεται, ἔστι δὲ ὥς οὔ, quodammodo materia pars alicuius dicitur, & quodammodo non.

Etiam ἔστι ὅπως ſignificat quodammodo. ἔστιν ὃν τρόπον, pro quodammodo, quadantenus. τοῦτο μὲν οὐκ ἔστιν οὕτως ἔχον, ἀλλ' ἔστιν ὃν τρόπον, non planè ita eſt, ſed quodammodo.

Quod quidem ita dicitur per ἔλλειψιν præpoſitionis κατὰ, articulo ſubiunctiuo ὃν, accepto pro hoc nomine infinito τινὰ, ita ut ἔστιν ὃν τρόπον ſit loco huius, ἔστι κατὰ τινὰ τρόπον, ἔστιν ἐφ' ὅτῳ, aliqua cauſa.

GENITIVVS poſt uerbum.

Verba ſenſum ſignificatiua, gaudent genitiuis, uelut αἰσθάνομαι, ἀκούω, ἅπτομαι, γεύομαι, ὀσφραίνομαι, ut αἰσθάνομαι τῆς τῶν λόγων ἡδύτητος, ſentio ſermonis ſuauitatem. μὴ γεύεσθαι μελανούρων, ne guſta ex ijs, quibus nigra eſt cauda. Excipiuntur ea quæ uiſum ſignificant, ueluti ὁρῶ, ὁρῶμαι, θεῶμαι, βλέπω, & ſimilia, quæ exigunt accuſatiuum, quòd uiſus cæteris ſenſibus ſit certior, & penetrabilior.

Verùm Attici omnia ſentiendi uerba conſtruunt cum accuſatiuo.

Cæterùm uerbum αἰσθάνομαι quandoq; ſignificat

intelligo, & tum ſi referatur ad eandem perſonam, conſtruitur cum participio nominatiui caſus, αἰσθάνομαι καλῶς ποιῶν, intelligo quòd bene faciam. αἰσθάνῃ καλῶς ἀναγινώσκων, intelligis te rectè legere.

Sin uerò ad aliam perſonam, conſtruitur accuſatiuo. αἰσθάνομαί σε ποιοῦντα τόδε, intelligo te hoc facere. Item ἀκούω capitur nonnunquam pro uocor, & tunc habet utrinque nominatiuum, more uocatiuorum uerborum. Sic Grego. de ſeruatore ait: σαμαρείτης ἀκούει, uocatur Samaritanus.

Item uerba, quæ animi affectionem ſignificant, ἐρᾷν θέτιδός τε καὶ γαλατείας οὐ δύνασαι, non potes Thetidem ſimul & Galateam amare. ἐπιθυμῶ σου τοῦ φίλου μου, deſidero te amicum meum. πάντα ἀγαθοῦ τινος ἐφίεσθαι δοκεῖ, omnia bonum aliquod appetere uidentur.

Conſtruuntur etiam hęc uerba cum infinitiuis, additis articulis genitiui caſus, ἐφίεμαι τοῦ ἀναγινώσκειν, deſidero legere. ἐπιθυμῶ τοῦ μανθάνειν, cupio diſcere. φιλῶ, ἀγαπῶ, ἐλεῶ, οἰκτείρω, & ſimilia, quibus iunguntur uerba curandi, φροντίζω, ἐπιμέλομαι, μέμνημαι.

Adduntur genitiuis etiam uerba participandi, κοινωνῶ σοι τῆς δόξης, ſum tecum particeps gloriæ. μετέχω σοὶ τοῦ πάθους, particeps tecum ſum afflictionis, quod etiam per accuſatiuum dicitur, μετέχω σοὶ τὸ πά-

τὸ πάθος. Vnde & illud Comici: οὐ γὰρ μετεῖχες τὰς ἴσας πληγάς ἐμοὶ, non enim participabas pares plagas mecum.

Verba imperandi genitiuis gaudent, ἄρχω μηδενὸς, nulli impero. βασιλεύω, κυριεύω πάντων, dominor omnibus. τυραννῶ, κρατῶ τῶν ἑσπερίων, dominor occidentalibus.

Ad hanc formam legimus Matth. 10 Principes gentium dominantur eorum, pro dominantur eis, Græcè enim eſt κατακυριεύουσιν αὐτῶν. Atticè additur his uerbis datiuus.

Conſtruuntur etiam cum accuſatiuo βασιλεύω σὲ, δεσπόζω σὲ, κυριεύω σὲ. Verùm tunc ſignificant βασιλέα σὲ ποιῶ, regem te facio. δεσπότην σὲ ποιῶ, dominum te facio. Et ita in alijs.

Priuandi uerba & erroris. στέρομαι τούτων, ἁμαρτάνει τῆς ὁδοῦ ὅλης, errat tota uia, ἐλαττῶσε ἑταίρου.

Quin & uerbis differendi aut diſtandi apponitur genitiuus. διαφέρει πάντων, differt ab omnibus. χωρίζομαι, ἀπέχω, διΐστημι, διέχω.

Et uerbis aſſequendi, & fruſtrandi, εὐτυχῶ, ἀτυχῶ, ἀποτυχῶ, & ſimilia ἐπηγγελμένων τυχεῖν ἀγαθῶν, aſſequi bona promiſſa.

Similiter uerbis concedendi, συγχωρῶ, ὑπείκω. Prohibendi, κωλύω.

Gaudent genitiuo uerba plenitudinis, copiæ, aut inopiæ. γυμνῶ σε ἀγαθῶν, nudo te bonis. κενῶ σε πραγμάτων, euacuo te rebus. πληρῶ σε ἀγαθῶν, impleo te bonis. πληθύειν τὴν πόλιν ἀνδρῶν, ciuitatem plenã eſſe uiris. γεμίζω φιαλὼ ὕδατος, impleo phialam aqua. Matth. 22. ἐπλήσθη ὁ γάμος ἀνακειμένων, nuptiæ impletæ ſunt diſcumbentibus.

Appreciatiua uerba admittunt genitiuum ſignificantem precium, ὠνησάμην πέντε δραχμῶν, emi quinque drachmis. πολλοῦ πωλεῖς, magno uendis. δέκα ταλάντων τιμῶμαι, decem talentis æſtimo. τιμῶμαί μοι θανάτου, meipſum morte dignum cenſeo.

Quod etiam quandoq; dicitur præcedente præpoſitione, πρὸς, uel ἀντὶ, aut ſimili, τὸν βίον πρὸς μικρὰ κέρδη καταλλάττονται, modicis lucris uitam commutant. ἀντὶ θνητοῦ σώματος θάνατον δόξαν ἀντικαταλλάξασθαι, pro morti obnoxio corpore gloriam comparare immortalem.

Crebrò regũt uerba genitiuũ ἐλλειπτικῶς, deficiente ἕνεκα, ut ἀποδέχομαί σε τῆς προαιρέσεως, hoc eſt, ἕνεκα τῆς προαιρέσεως, ſuſcipio ſiue approbo te, quod ad uoluntatem attinet. εὐδαιμονίζω σε τῆς τύχης, hoc eſt, ἕνεκα τῆς τύχης, beatum te prædico propter fortunam, aut quod ad fortunã attinet: utrunq; enim ſignificat ἕνεκα.

Huius ſchematis eſt etiam quod dicitur, εὖ ἥκει φρενῶν, pro φρόνιμός ἐστιν. εὖ ἥκει παιδείας, eruditus eſt.

Quem

Quem morem etiam Latini imitantur nonnunquam in huiuſmodi orationibus: Populi ſeruandi laborat. Reipu. defendendæ periclitatur. In quibus deeſt, cauſa.

Quandoq; deficiente alia quauis præpoſitione, quæ poſtulat genitiuum. λύω σε τῶν δεσμάτων, pro ἀπὸ τῶν δεσμάτων, διώκω σε τῆς οἰκίας, pro ἐκ τῆς οἰκίας, παύω σε τῶν κακῶν. παύω σε τοῦ παίζειν, κουφίζω σε τοῦ χρέους, pro ἀπὸ τοῦ χρέους, ἁρπάζω σε τοῦ πυρός, pro ἐκ τοῦ πυρός.

Verba accuſandi, damnadi, abſoluendi, & conſimilia, genitiuum adſciſcunt, qui ſignificet crimen, quod nonnunquam etiam effertur per accuſatiuum. Per genitiuum quidem, ut διώκω σε φόνου, accuſo te cædis. αἰτιῶμαί σε τοῦδε, criminoſè tibi obijcio. ἁλίσκω σε τούτου τοῦ ἀδικήματος, conuinco te huius iniuriæ. ἑάλω κλοπῆς, damnatus eſt furti.

Quod etiam licet dicere, ἑάλω κλέπτων, uel ſic, ἑάλω ἐπὶ κλοπῇ, & ita in alijs ſimilibus. διώκω σε πληγῶν, ἐγκαλῶ σοι πληγῶν, ago tecum iniuriarum ob uerbera. φεύγω δουλείας, cauſam dico ſuper ſtatus controuerſia. φεύγων φόνου, poſtulatus cædis. φεύγων ὕβρεως, poſtulatus iniuriæ. φεύγων ἀνθρωποφονίας, reus homicidij. καταγινώσκω σὲ φόνου, damno te cædis. Per accuſatiuum καταγινώσκω σου τόδε, hoc de te iudico & æſtimo. καταγινώσκω σου ἀμαθίαν, iudico te imperitum.

Effertur etiam per accuſatiuum, quod pœnam ſignificat condemnationis, καταγινώσκω σου θάνατον, mulcto te morte. κατακρίνω σου θάνατον, damno te ad mortem.

Quod etiam paßiuè dicitur per nominatiuum, κατέγνωσταί σου θάνατος, κατακέκριται σου θάνατος, rei capitalis damnatus es, & ultimo ſupplicio. Vel per accuſatiuum, κατακρίνομαι θάνατον, καταγινώσκομαι θάνατον, damnor ad mortem.

Verba paßiua exigunt genitiuum mediante præpoſitione ὑπὸ uel πρὸς, aut ſimili, ſicut Latinis ablatiuum mediante præpoſitione à uel ab, τύπτομαι ὑπὸ σοῦ, uerberor abs te. loco cuius quandoq; ponunt datiuum. πεποίηταί μοι, pro ὑπ᾽ ἐμοῦ, λέλεκταί σοι, pro ὑπὸ σοῦ, διδάσκομαί σοι ῥητορικὴν, pro διδάσκομαι ὑπὸ σοῦ, doceor abs te Rhetoricam.

Quædam uerba regunt genitiuum, quia reſoluuntur in nomen, cui iungitur genitiuus, ἀξιῶ σε τιμῆς, pro ἡγοῦμαί σε ἄξιον τῆς τιμῆς, γυμνῶ σε ἐνδυμάτων, pro καθιστῶ σε γυμνὸν τῶν ἐνδυμάτων. Ad Hebræos 3. πλείονος δόξης οὗτος παρὰ μωϋσῆν ἠξίωται, ampliori gloria præ Moyſe dignus habitus eſt.

Quibuslibet uerbis apponitur genitiuus ſignificans ſpeciem temporis, hoc eſt, cũ interrogatio fit per quando, ut: ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ἐργάζεται, noctu diuq; operatur. ἑσπέρας ἥκεν, uenit ueſperi. χειμῶνος καὶ ἔαρος

ἔαρ ϛ καὶ αἱ κοιλίαι θερμαί εἰσιν, hyeme & uere ſunt uentres calidi.

Simpliciter ſpacium temporis, hoc eſt, cùm interrogatio ſit per quàm diu, ponitur in genitiuo, quando tempus præteritũ ſignificatur negatiuè, οὐκ εἶπον χρόνου πολλοῦ, non dixi multo tempore. Aut quando per breue tempus aliquid accidiſſe declaratur, μικροῦ παρῆλθεν, paululum præterijt.

In alijs ponitur ſpacium temporis in accuſatiuo. ὅλην τὴν ἡμέραν εἰργασάμην, tota die operatus ſum. Ioannis 15. τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμὶ, tanto tempore uobiſcum ſum. εἰμὶ ἐνταῦθα πάντα τὸν πόλεμον, ſum hîc toto tempore belli. ἔζη πάντα τὴν τοῦ τραϊανοῦ βασιλείαν, uixit toto tempore regni Traiani. Quod & per datiuum effertur, εἴκοσιν ὅλοις ἔτεσιν ἀπεδημήσας, uiginti totis annis peregrinatus.

Dicunt & per nominatiuum ſic, ὀξ ἧκλαθηκὼς ἤδη ἔτος τρίτον, annum ab hinc tertium. τοῦτο μὲν ἔτος ἤδη τρίτον ἐξ οὗ ἤδη μετὰ τὸ σπουδάζειν ἐμὲ, iam triennium eſt, à quo ſtudere deſij.

Quod materiam ſignificat, in genitiuo ponitur. ἐποίησε λίθου, fecit è lapide. Cui additur interdum præpoſitio ἐξ, ut ἐποίησε ἐκ λίθου.

Similiter & id quod ſignificat partem, κρέμω σε τοῦ ποδός, ſuſpendo te pede. πίνω τοῦ ὕδατος, bibo de aqua. δρέπομαι τῶν ἀνθῶν, carpo de floribus.

Si to-

Si totum ſignificent, utuntur accuſatiuo, πίνω τὸ ὕδωρ, bibo aquam.

Verbum ſubſtantiuum adſciſcit nonnunquam genitiuum, τούτων ἐστὶν ὁ πλάτων, horum, aut de numero horum eſt Plato. Quod uerbum quandoque omittitur, οὐδὲ τῶν ἀδικούντων ἐγώ, neque ego ſum de numero nocentium.

## DATIVVS poſt uerbum.

Verba ſequendi exigunt datiuum ἕπομαι τοῖς παλαιοῖς, ſequor ueteres. ἀκολούθει μοι, ſequere me.

Similiter uerba certandi, μάχεσθαι κυσὶν ἐν φρέατι, in puteo cum canibus pugnare. τοῖς θεοῖς μάχεσθαι, pugnare cum dijs. φιλονεικῶ σοι, contendo aduerſum te. παλαίω τοῖς πολλοῖς, luctor aduerſus multos. παυροτέροις πολεμεῖν, aduerſus pauciores belligerare. Sic Vergilius: Placido ne etiam pugnabis amori?

Quibus nonnunquam additur genitiuus, ἀμφισβητῶ σοι τούτου, uel, περὶ τούτου, certo tecum hac de re.

Quoduis uerbum admittit datiuum, ſignificantem qualecunq; inſtrumentum, aut modum actionis, πολεμίζειν γλώττῃ, bellare lingua. χειρὶ δεῖ σπείρειν, ἀλλὰ μὴ ὅλῳ θυλάκῳ, manu ſerere oportet, non toto thylaco. τίνι τρόπῳ γράφεις, quomodo ſcribis?

His finitima ſunt, quæ cauſam ſignificãt, φθόνῳ ταῦτα ποιεῖ, inuidia hæc facit.

Nonnunquam & precium ponitur in datiuo. Chryſoſt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432170-p0036-5

ſoſt. ἰδίῳ θανάτῳ τὸ ποίμνιον πριάμενος, propria morte gregem emens.

Verbis ſignificantibus motum ad locum, additur ſæpè datiuus loco accuſatiui cum præpoſitione, ut ὁρμᾷ διὰ τοῦ ἀέρος τῇ πόλει, pro εἰς πόλιν.

Cùm uerba regunt datiuum pronominis, αὐτὸς, ſæpenumerò intelligitur præpoſitio σὺν, ut ἀποτέμνω αὐταῖς ὠλέναις τὰ πτερὰ, hoc eſt, σὺν αὐταῖς ὠλέναις, αὐτοῖς ὅπλοις ἔλαβεν ἄνδρας, hoc eſt, σύν αὐτοῖς ὅπλοις, unà cum armis accepit uiros.

ἔστι pro habeo gaudet datiuo, ſicut apud Latinos. οὐκ ἔστι μοι ἀργύριον, non habeo argentum.

Et familiariter adſciſcit ſibi hos datiuos, βουλομένῳ, ἀχθομένῳ, & ſimiles. ὅσα βουλομένοις ἦν, ſuo arbitratu. οὐκ ἦν βουλομένῳ μοι ταῦτα, hæc non placuerunt mihi. ὅτῳ μὴ ἀχθομένῳ εἴη ταῦτα, quo non inuito hæc eſſent. χρῶμαι & χρῆσθαι, & ſimilia conſtruuntur datiuo. χρῶμαι τοῖς φίλοις, utor amicis. καλῶς ἑαυτῷ χρῆσθαι, honeſtè ſe habere. Et huic datiuo additur nonnunquam accuſatiuus τί, uel ὅτι, ut οὐκ ἔχω ὅτι χρήσομαι ἐμαυτῷ, incertus ſum quid agam. οὐκ ἔχω τὶ χρήσαιμι τούτω, neſcio quomodo eo uti debeam.

Mutatur etiam hic datiuus nonnunquam in accuſatiuum, χρῶμαι τοῖς σοῖς, uel χρῶμαι τὰ σὰ, utor rebus tuis.

Hæc

Hæc autem genitiuo & datiuo, φθονῶ, μετέχω, κοινωνῶ, συγγνώσκω, ut φθονῶ σοι τούτου, inuideo tibi hanc rem. φθονῶ σοι τοῦ πλούτου, inuideo tibi diuitias. μετέχω σοι τούτου, huius rei tecum particeps ſum.

Item hæc imperſonalia, δεῖ, μέτεστι, μέλει, μεταμέλει, διαφέρει, προσήκει, ut μέλει μοι τούτου, uel περὶ τούτου, huius mihi curæ eſt. διαφέρει μοι τούτου, uel περὶ τούτου, huius mea refert. προσήκει μοι τούτου, uel περὶ τούτου, huius me decet. δεῖ μοι τούτου, opus eſt mihi hac re.

Loco datiui licet quandoq; ponere genitiuum, antecedente præpoſitione, ἐπέχω τὴν γνώμην τούτῳ & ἐπέχω τὴν γνώμην περὶ τούτου, ἐφίστημι τὴν γνώμην τούτῳ, & περὶ τούτου, adhibeo animum huic rei. ἀμύνομαι, τιμωρῶ, ἐκδικῶ σοι, uel ὑπὲρ σοῦ, ulciſcor iniuriam tibi illatam.

Cum accuſatiuo uerò ſignificant hæc uerba, crucio, uindico, ἑαυτὸν τιμωρούμενος, ſeipſum crucians, ἀμύνομαι, uel ἐκδικῶ σε, uindico te.

## ACCVSATIVVS POST uerbum.

Accuſatiuus admittit quoduis uerbum nominis ab eo deducti, μάχομαι μάχην, pugno pugnã. ζῶ ζωήν, uiuo uitam. δουλεύω δουλείαν, ſeruio ſeruitutem. Sic Terentius: Cantilenam eandem canis.

Aut

Aut nominis relatiuum, ἣ ἀδικία ἣν ἀδικῶ σε, iniuria qua te afficio.

Quoduis uerbum conſtruitur etiam accuſatiuo, ſi ſubaudiatur κατὰ, γέγραφε τὸν εἰρημένον τρόπον, pro κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον, ſcripſit dicto modo. ἐποίησε ἀκρίβειαν τὸν ἐνόντα τρόπον, id eſt, κατὰ τὸν ἐνόντα τρόπον, quàm fieri potuit maximè. Sic ad Philippen. 4. ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν, pro κατὰ τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν, reuiguiſtis in ſentiendo de me.

Accuſatiuo gaudent uerba adorandi, τιμῶ, δέομαι, κολακεύομαι, θωπεύω, αἰδοῦμαι, αἰσχύνομαι.

Miſerendi, ἐλεῶ, οἰκτίζω, κλαίω, θρηνῶ.

Et ſupplicandi, ἱκετεύω, λιτανεύω, ἀντιβολῶ, ἱκλιπαρῶ.

Græci paßim utuntur etiam in oratione ſoluta accuſatiuis per ſynecdochen, πλήττομαι τὸν πόδα, percutior pedem. ἀλγῶ τὴν κεφαλὴν, doleo caput.

Attici uſurpant accuſatiuum loco datiui, ubi ſignificant bene aut malè fieri cuipiam, οἷά με ποιεῖς, pro ἐμοί. qualia facis mihi. Matt. 27. τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν, τὸν λεγόμενον χριστόν; quid igitur faciam Ieſu, qui dicitur Chriſtus? ποιῶ σε ἀγαθὸν, pro ποιῶ σοι. δρῶ σε τόδε, pro δρῶ σοι τόδε.

Pariformiter loquuntur paßiuè. Vt enim dicunt, εὖ ποιήσω σε, ſic etiam paßiuè, σὺ εὖ ποιηθήσῃ παρ' ἐμοῦ, pro tibi bene fiet à me. Sic & Actorum 12. dici-

tur, τί ἄρα ἐγένετο ὁ πέτρος, quid'nam factus eſt Petrus, pro, quid'nam factum eſt Petro. Sic item Matth. 11. πτωχοὶ εὐαγγελίζονται, pauperes annunciantur Euangelium, pro, pauperibus annunciatur Euangelium.

Hinc fit quòd ad imitationem Græcorum paſſim legitur in ſacris literis, benedicere, & maledicere, cum accuſatiuo, ſignificante eum, de quo quis bene, aut malè loquitur, qui & ipſe benedici, & maledici dicitur.

Paſſiua inſuper adſciſcunt accuſatiuum eum, quem uerbum actiuum habet poſt datiuum acquiſitiuum, ut ἐπιτρέπεις ἐμοὶ τὴν δίαιταν, defers mihi arbitrium. Sic paſſiuè, ἐγὼ ἐπιτρέπομαι τὴν δίαιταν, ego deferor arbitrium, pro arbitrium mihi delatum eſt. Sic primæ ad Timoth. primo, κατὰ τὸ εὐαγγέλιον ὃ ἐπιστεύθην ἐγώ, ſecundum Euangelium, quod concreditus ſum ego, pro, ſecundum Euangelium quod mihi concreditum eſt.

Atticè ponitur accuſatiuus, pro genitiuo, ἀποστερῶ σε τὰ χρήματα, pro χρημάτων, priuo te pecunijs. Et econuerſo genitiuus pro accuſatiuo, τοῦ αἵματος ἀποψῶσα, pro τὸ αἷμα ἀποψῶσα.

Quod plerunq; fit ſubaudiendo alium caſum, quem poſcit oratio, ut μὴ ἔχειν χρημάτων, id eſt, χρήματα, ponitur enim pro μηδὲ ἓν ἔχειν χρημάτων.

Græcis ſunt plurima uerba compoſita, quæ tametſi caſum ſuum includere uideantur, tamen inſuper cōſtruuntur

untur accuſatiuo, & tum capiuntur pro ſimplicibus, οἶνον οἰνοχεῖν, fundere uinum. πάντα παιδαγωγῶ, omnia guberno.

Additur etiam uerbis accuſatiuus nonnunquam loco aduerbiorum, ὀξὺ γράφεις, pro ὀξέως γράφεις. καλὸν ποιεῖς, pro καλῶς ποιεῖς. καλὰ ἐβουλεύσω, pro καλῶς ἐβουλεύσω. βλέπειν μανικόν, pro μανικῶς βλέπειν. βλέπειν βλοσυρόν, pro βλέπειν βλοσυρῶς.

In accuſatiuo ponitur inſuper continuitas temporis, ut dictum eſt ſuprà.

Cæterùm, nullum uerbum eſt Græcis, quantumuis intranſitiuum, quod non admittit interdum accuſatiuũ alicuius actionis ſignificatiuum, ὅσα ὑβρίσθην, in quantis affectus ſum contumelia, ὅσα ἠδίκησθε, in quantis affecti eſtis iniuria. πάντα ἐξηπατημένοι, in omnibus decepti. γεραίρομεν αὐτὸν τὰ εἰκότα, honoramus eum ut par eſt, uel pro dignitate. ἀτυχῶ πολλά, ταῦτα Δέον μαρτύρομαι, μεγάλα εὖ ἔπαθον, ἐπαινῶ σε τοῦτο, ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἐγκωμιάζουσι τὴν δικαιοσύνην. Sic Terent. Id operam do.

Etiam ſubſtantiuis uerbis hoc pacto apponunt accuſatiuum, τοῖς παροῦσι σύνειμι τὰ εἰκότα, cum præſentibus conuerſor, ut par eſt, & pro dignitate.

Sunt quæ geminum admittunt accuſatiuum, αἰτιᾶται σε τοιαῦτα, obijcit contra te talia. Διώκω σε γρα-

φὴν ταύτην, reum te criminis huius facio. τοιαύτας δίκας τοῦτον ἀπέφυγον παρόντα, talibus cauſis hoc præſente abſolutus ſum. ἐκλέγω τὰ τέλη τοὺς παραπλέοντας, exigo uectigalia à prætereuntibus nauigijs. ἀφαιροῦμαι σὲ τὰ χρήματα, aufero tibi res. αἰσχύνομαι τοῦτον τὴν μετάθεσιν, facio ut hunc pudeat mutatum uideri. προκαλοῦνται ὑμᾶς πρόκλησιν, διδάσκει μαθητὰς ποιητικά, παιδεύω σε παιδείαν, νουθετῶ σε νουθεσίαν. κλέπτω σε τοὔνδυμα, ζημιῶ σε χρυσίον, κρύπτω δε τὰ ἐμά, ἀποστερῶ σε χρήματα, uel χρημάτων, ἀφαιρῶ σε τὰ βιβλία, uel βιβλίων, ἐνδύω σε τὸ ἱμάτιον, μυῶ σε τὰ μυστήρια, εἰσπράττω σε χρήματα, ἀπαιτῶ σε τὸ χρέος. Horum paſsiua regunt unum accuſatiuum, ut apud Latinos.

Inter ea, quæ conſtruuntur datiuo, & accuſatiuo, ſunt quæ mutant datiuum in accuſatiuum, & accuſatiuum in datiuum. Δωροῦμαι σοι βιβλίον, Δωροῦμαι σε βιβλίῳ, χαρίζομαί σοι τοῦτο, χαρίζομαί σε τούτῳ. Hactenus de accuſatiuo.

## SYNTAXIS VERBORVM cum diuerſis caſibus.

Nihil uetat quò minùs eidem uerbo diuerſi caſus apponuntur, diuerſæ rationis.

Vnde approbandi & reprobandi uerbo addi poteſt accuſatiuus cum genitiuo ἐλλειπτικῶς, ſubaudiendo ἕνεκεν, uel genitiuus cum accuſatiuo ἐλλειπτικῶς ſimiliter.

militer, ſubaudiendo κατὰ. ἀποδέχομαί σου τὴν ἀνδρίαν, uel ἀποδέχομαί σε τῆς ἀνδρίας, καταγινώσκω σου φόνον, uel καταγινώσκω σε φόνου. μακαρίζω σε τῆς θέας, uel μακαρίζω σου τὴν θέαν, ζηλῶ, εὐδαιμονίζω, & ſimilia.

Item ἀγαπῶ conſtruitur accuſatiuo, quia actiuum. ἀγαπήσεις κύριον τὸν θεόν σου, diliges dominum Deum tuum. Et datiuo, quando ſignificat boni conſulo, contentus ſum. ἀγαπῶ τοῖς δεδικασμένοις, cōtentus ſum, ſiue acquieſco arbitrorum ſententiæ.

Quo ſignificato conſtruitur. Atticis etiam cum accuſatiuo. ἀγαπῶ τὴν κρίσιν, iudicio contentus nolo prouocare.

Similem conſtructionem habet uerbum στέργω.

Et ἔχω, dum eſt actiuum, habet accuſatiuum, ἔχω ἀργύριον, habeo argentum.

Dum ſignificat poſſum, exigit genitiuum. Lucæ 7. οὐκ ἐχόντων αὐτῶν ἀποδοῦναι, ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο, non ualentibus reddere, donauit utriſque.

Cùm ſignificat affectum eſſe erga aliquem, poſtulat datiuum, ἔχω σοι, tibi affectus ſum.

Vel genitiuum cum aduerbio, οὕτως γνώμης ἔχω, huius ſum ſententiæ. καλῶς ἔχω τοῦ σώματος, corpore rectè ualeo. ἀπαιδεύτως ἔχω τῶν γραμμάτων, rudis ſum literarum.

Dicimus etiā, ἄχθομαι, χαίρω, ἥδομαι τούτοις, uel

ταῦτα. πάσχω κακὰ, uel πάσχω κακοῖς. βόσκομαι τόδε, & βόσκομαι τῷδε, ἄρχομαι λόγον, & ἄρχομαι λόγου, ἐξάρχω Δόγμα, uel Δόγματος. χορτάζωσε ἄρτῳ, & χορτάζωσε ἄρτον. φθονῶσοι τὸν πλοῦτον, uel τῷ πλούτῳ.

## SYNTAXIS VERBORVM, iuxta generum diuerſitatem.

PLurima uerba actiua ſortiuntur Græcis ſignificationem paßiuorum, quare & eorundem obtinent conſtructionem, ἀπαλλάττω pro ἀπαλλάττομαι, defungor, liberor. ἀπαλλάττω ὑπὸ σοῦ, liberor abs te. τελῶ, cenſeor, contribuorq́;. τελῶ εἰς ἄνδρας, cenſeor inter uiros. ἀναλαμβάνω, recreor. ἀνακάμπτω, reflector. ἐπανακάμπτω, idem. ὑποκάμπτω, flector. ὑπαναστρέφω, reflector. ἀνταποδίδωμι uiciſſim reddor. ἀποδίδωμι, reddor. διαλλάττω, παραλλάττω, συνάπτω, coniungor. ἀναστρέφω, retrorſum agor. ὑπτιάζω, pro ὑπτιάζομαι. ἐξυπτιάζω, pro ἐξυπτιάζομαι, ἐπέχω, retineor, ſiſtor. ῥίπτω, iactor. ἀσκῶ, exerceor. κρύπτω, occultor.

Quædam etiam compendio ſermonis ſortiuntur abſolutorũ conſtructionem, μεταλλάττω, pro morior, ſeu migro dicũt, ſubaudiẽtis τὸν βίον, μεταλλαχὼς, defunctus. καταστρέφω, q̃ ſignificat finẽ facio, pro deſino dicũt, & pro morior. ἀποτείνω, pro longam orationem habeo. καταλύω, pro morior. hoc eſt, καταλύω τὸν βίον.

Quo modo & Latini hoc uerbum uerto abſolutè accipiunt, pro euenio. Terent. Quæ res tibi malè uertat.

Quemadmodum actiua, ut dictum eſt, ſortiuntur nonnunquam paßiuorum conſtructionem, ſic & econtrario paßiua ſortiuntur Atticis quandoq; conſtructionem actiuorū. κολάζομαι, pro κολάζειν. τοσαῦτα χρήματα ἐγκαλεῖσθαι, pro ἐγκαλεῖν. τὸν εἰς τὰς δεινοτάτας ἀτυχίας ἐμβεβλημένον τὴν πόλιν, pro ἐμβεβληκότα τὴν πόλιν, qui ciuitatem in grauißima infortunia coniecit. οὓς εἰς τὰς ἀκροπόλεις παρεῖνται, pro παρείκασι, quos in arces admiſerunt. σωίσανται ἴσους pro σωίσασι, ἀνίεσθαι pro ἀνεῖναι, περιεσπᾶτο pro περιέσπα, auellebat.

Verbis neutris, quamuis abſolutis, utuntur pro paßiuis, eandemq; cum illis conſtructionē eis tribuunt, ἀποθνήσκειν ὑπὸ τῶν δικαστῶν, τελευτήσας ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, περιπέπτωκεν ὑπὸ τούτου τασαυτῃ συμφορᾷ.

Media habent conſtructionem actiuorum & paßiuorum, quia tam actiuè, quàm paßiuè ſignificant, βιάζομαι τὸν φίλον, uiolo amicum, & βιάζομαι ὑπὸ τοῦ φίλου, uiolor ab amico. ἄγομαί σε, duco te, ἄγομαι ὑπὸ σοῦ, ducor abs te.

## SYNTAXIS modorum.

Indicatiuo utuntur nonnunquam loco optatiui. Grego. ἄδηλον ὄν, εἰ προσήσεται, incertum erit, ſi ad-

miſſurus erat. προσήσεται dixit, pro προσήσοιτο.

Per indicatiuum etiam multa dicunt, quæ Latini efferunt per coniunctiuum, οὐτ᾽ ἐποίησα οὐδὲν, ἐφ᾽ ᾧ ἠσχύνθη, neq; fecit quicquã, ob quod erubuerit, uel erubeſcere debuerit. χριστιανῶν οὐδεὶς ἐστὶν, ὅστις μὴ ἐβαπτίσθη, nullus eſt Chriſtianus, qui non ſit baptizatus.

Quod etiam per optatiuum dici poteſt, addito ἄν, δυνητικῶς, hoc modo: χριστιανῶν οὐδεὶς ἐστὶν, ὅστις μὴ βαπτισθείη ἄν.

Plerunque etiam uerbum optatiuum conſtructum cum particula potentiali, ἄν, habet ſenſum futuri, ὅτι ἄν ποιήσειε, quod facere poßit, uel poterit. Sine ἄν uerò quandoque capitur pro præterito, ἃ δέοι, quæ opportuna erant.

Quandoq; uerò propriè, hoc eſt, optatiuè, & ei uel additur εἴθε, uel ſubauditur. εἴθε γράψειεν, utinam ſcriberet. μὴ σύγε τοιούτου κριτοῦ τύχοις, abſit ut in huiuſmodi iudicem incidas.

Optatiuus ſæpè ponitur pro indicatiuo, Plato in Prota. ἔλεγες γοῦν, ὅτι ὁ ζεὺς τὴν δικαιοσύνην, καὶ τὴν αἰδῶ, πέμψειε τοῖς ἀνθρώποις. πέμψειε dixit, pro ἔπεμψε.

Hoc fit plerunque, ubi optatiuus conſtruitur poſt ὅτι, & ὅπως, & ὅς, & ὅσοι, & ὅτε, & ὡς, ut τοὺς ἄνδρας κατακρημνήσειε, id eſt, κατεκεκρημνήκει, qui præcipitauerat.

Id autem

Id autem adeò ualet apud Græcos, ut etiam futuro optatiuo utantur de præterito loquentes. Xenophon: οἱ δὲ ἀπεκρίναντο, ὅτι καὶ αὔριον ἕωθεν, εἰ πορεύοιντο καταλήψοιντο, id eſt, comprehenſuri eſſent.

Accipitur etiam Atticis pro coniunctiuo, ut ἐὰν ἔλθοις, pro ἐὰν ἔλθῃς.

Modus coniunctiuus ſæpè accommodatur futuro, etiam in uoce præſenti, ὁπόσα βούλῃ, quæcunque uolueris. οὓς ἂν ἐθέλῃς, quoſcunque uolueris. ὅσῳ ἂν πλεονάκις εἰσίῃς εἰς ἐμὲ, id eſt, ingreſſus fueris uel adieris.

In uerbis coniunctiuis ſæpè ſubauditur ἵνα, uel aliud quippiam ſimile. Chryſoſt. concione 2. de fato: ἑτέρως λυμήνηται τὸ πείθειν ἐπιχειρῶν, ut alio pacto noceat, perſuadere conatur.

Coniunctiuis conſtruuntur interrogatiua dubitatiuè accepta, πότερον σιωπῶ; an ſileam? τί λέγω; quid dicam?

Et in uniuerſum omnis interrogatio admittit uerbum coniunctiuum, βούλει εἴπω; uis dicam?

Coniunctiuo præteriti perfecti uocis actiuæ rarò utuntur Græci, & loco eius plerunque ponunt participium, ut latiùs patebit.

Infinitiuus conſtruitur Græcis dupliciter. Primùm τελικῶς, quando ſcilicet infinitiuus poteſt reſolui per ἵνα, id eſt, quia finem denotat, Διδάσκω σε διαλέ-

 γεσθαι.

γεσθαι, doceo te diſputare, id eſt, ut diſputes. Δέομαί σου βοηθῆσαι, precor te iuuare, id eſt, ut iuues. Δίδωμί σοι ἀργύριον, πρίασθαι ὧν ἂν δέῃ, do tibi pecuniam emere quibus indiges, id eſt, ut emas ea, quorum indiges. κοινωνῶ σοι ἀγαθῶν μὴ φθονερὸς εἶναι δοκεῖν, communico tibi bona, ne inuidus eſſe uidear. Sic Matth. 7. διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος, uidebis eijcere feſtucam, hoc eſt, uidebis ut eijcias feſtucam. Latinis uerò uidet eijcere, qui uidet eijcientem.

Quandoque tamen maioris declarationis cauſa addendum ὡς, uel ὥστε, uel articulus genitiuus τοῦ ἐλλειπτικῶς, deficiente ἕνεκα, uel præpoſitio unà cum articulo, prout uſus exegerit. παρακαλῶ σε, ὥστε τυχεῖν, uel παρακαλῶ σε τοῦ τυχεῖν, uel παρακαλῶ σε ἐφ᾽ ᾧ τυχεῖν τιμῆς, καὶ δόξης, hortor te, ut aſſequaris honorem & gloriam.

Secunda conſtruuntur εἰδικῶς, quando ſcilicet poteſt infinitiuus reſolui per ὅτι, quòd, λέγω Σωκράτην γεγονέναι σοφὸν, dico Socratem fuiſſe ſapientem, hoc eſt, dico quòd Socrates fuerit ſapiens.

Hoc ſecundo modo conſtruuntur infinitiuis uerba προαιρετικὰ, hoc eſt, electionis & uoluntatis expreſsiua, ut ſunt, θέλω, βούλομαι, προαιροῦμαι.

Et uerba ἐφετικὰ, hoc eſt, deſideratiua, ut ſunt: ἔραμαι, ἐπιθυμῶ, ἱμείρομαι, ὀρέγομαι, γλίχομαι, ἔλδομαι. Inter quæ hoc intereſt, quòd hæc quidem

iungan-

iungantur infinitiuo, mediante articulo genitiuo τοῦ, ἐφίεμαι τοῦ ἀναγινώσκειν, ἐπιθυμῶ τοῦ ἰατρεύειν. Illa uerò ſine articulo, θέλω γράφειν, βούλομαι λέγειν.

Cæterùm προαιρετικὰ uerba, & ἐφιεκτικὰ conſtruuntur infinitiuis præſentibus & præteritis, προαιροῦμαι φιλοσοφεῖν, βούλομαι εἶναι, βούλομαι ἐλθεῖν, θέλω, ἐπιθυμῶ, κελεύω, ἀξιῶ, ὁρμῶ, & ſimilia.

Quæ uerò ſignificant pollicitationem, aut expectationem, conſtruuntur cũ futuro, ἐπαγγέλλομαι ποιήσειν, ἐλπίζω γενήσεσθαι, προσδοκῶ ἔσεσθαι. In quibus cũ ἂν particula potentialis additur, præteritum infinitiuũ futuri locum obtinet, ut infrà dicetur, ubi de huius particulæ conſtructione loquemur, ἐλπίζω σφόδρα ἄν σε ἐργάσειν ἀγαθὸν γενέσθαι. i. γενήσεσθαι.

Verùm προσδοκῶ, & ἐλπίζω, ubi quidem ſecundum ſe manent, conſtruuntur cum futuro, ut dictum eſt, & cum præſenti, προσδοκῶ ἐλεύσεσθαι, uel ἔρχεσθαι. ἐλπίζω ἐλεύσεσθαι, uel ἔρχεσθαι.

Vbi uerò reſoluuntur, conſtruuntur cum futuro, & præterito, προσδοκίαν ἔχουσι σωθήσεσθαι, uel σωθῆναι. ἐλπὶς οὐδεὶς αὐτοὺς οὕτω φοβηθῆναι, uel φοβηθήσεσθαι ἐλπὶς ἦν βελτίους γενέσθαι, uel γενήσεσθαι. εὔχομαι, δέομαι, ζητῶ, conſtruuntur cum præteritis. δέομαι συγκαταγαγεῖν ὑμᾶς, ζητῶ καταλαβεῖν.

Imperſonalia conſtruuntur infinitiuis præſentibus, uel præteritis, ſed nunquam futuris, etiam ſi de futuro

fiat

fiat ſermo, ut δεῖ φάναι, oportet dicere. χρὴ λαβεῖν, oportet accipere. ἐνδέχεται εἶναι, licet eſſe. φιλεῖ γενέσθαι ſolet fieri.

Verbum μέλλω, conſtruitur etiam infinitiuis præſentibus & futuris, μέλλω δρᾶν, uel μέλλω δράσειν, ſum facturus,

Interdum etiam cum Aoriſto, μέλλω γενέσθαι, ero. Sed cum perfecto nunquam.

φημὶ, ὀμνύω, ὅρκω, cùm de præterito fit ſermo, cum præterito conſtruuntur, ὀμνύω δεδωκέναι, iuro dediſſe. Cùm uerò de futuro fit ſermo, conſtruuntur cum futuro, ὀμνύω δώσειν, iuro me daturum.

Et in reliquis ſimiliter, quorum ſignificatio nec in præteritum, nec in futurum per ſe ſpectat, tam præteritis, quàm futuris uti licet. Futuris quidem, ubi res in futurum confertur, niſi ἂν potentialis addatur, ut infrà patebit: ὑπεσχόμην χορηγήσειν, promiſi me daturum. ἔφη δώσειν ἀργύριον, dixit daturum ſe argentum. προσποιούμενος πράξειν τι, ſimulans ſe aliquid moliturum.

Vbi uerò res non refertur in futurum, utendum erit præteritis, aut præſentibus. οὐκ ἐτόλμησε παρακαταβαλεῖν, non auſus eſt ſponſionem facere. δεινὸς ψεύσασθαι, καὶ εἰπεῖν, fallaciſsimus & facundiſsimus. δεινὸς φαγεῖν, uoraciſsimus. οἱ νόμοι παραγράψασθαι δεδώκασι, leges excipere permittunt.

In qui-

In quibus interdum præſenti utuntur pro præterito. Διδάσκειν αὐτὸς ἔφη, docuiſſe ſe dixit. ἔφη αὐτὸς ἀκούειν, dixit ſe audiuiſſe.

Infinitiuus conſtruitur uerbis motus ad locum Matthæi 5. οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι τὸν νόμον, non ueni ad ſoluendum, ſed ad implendum legem. Ioan. 14. πορεύομαι ἑτοιμάσαι ὑμῖν τόπον, uado paratum uobis locum. Cui quandoque additur præpoſitio πρός, cũ articulo neutro, ἔρχομαι πρὸς τὸ παρακαλεῖν, uado oratum.

Conſtruitur etiam infinitiuus cum altero infinitiuo, ὁρῶ σε μελετᾶν, ἀναγινώσκειν, uideo te meditari ut legas.

Nomina relatiua iunguntur infinitiuis, οἷον εὐφράναι, pro οἷον εὐφραίνειν, uel pro οἷον εὐφρανεῖν δύναιτ' ἄν, quale poßit afficere gaudio. οἱ θεοί εἰσιν οἷοι μὴ μεταβάλλειν, Dij ſunt, qui non mutentur. τοιοῦτός ἐστι, οἷος μὴ ἥδεσθαι, talis eſt, ut non delectetur. οἷος καθεύδειν, pronus ad dormiendum οἷος ποιεῖν, potens ad faciendum. οὐδὲν οἷον προσθεῖναι, nihil uetat quò minus addamus. ὅσα κἀμὲ ὁρᾶν, quantum ego cernere queam.

Et nomina adiectiua, καλὸς ἰδεῖν, pulcher uiſu. ἀνδρεῖος μάχεσθαι, fortis ad pugnam. Lucia. in luctu. βαθεῖα τε πρᾶσσαι τοῖς ποσὶ, καὶ διανήξασθαι πολλή, id eſt, profundior quàm ut pedibus tranſiri poßit, & ſpacio-

ſpacioſior quàm ut tranari queat. Sic Vergil.
Cur non Mopſe boni, quoniam conuenimus ambo,
Tu calamos inflare leues, ego dicere uerſus. pro boni ad calamos inflandos, & ad dicendos uerſus.

Quando infinitiuus, & uerbum præcedens pertinent ad diuerſas perſonas, opus eſt accuſatiuo ante infinitiuum, λέγω σε εἰδέναι ταῦτα, dico te ſcire hæc. Sin autem pertineant ad eandem perſonam, non eſt opus accuſatiuo. ἔφη ποιήσειν, dixit facturum, nempe ſe. Sic Terent. Pollicitus ſum ſuſcepturum.

Infinitiuus non tam accuſatiuum habet ante ſe, quàm nominatiuum. φησὶν αὐτὸς αἴτιος γεγενῆσθαι, dicit ſe autorem fuiſſe. οὕτως ἀπέχων τῆς ἀλαζονείας ὥστε πάντα εἰδὼς μηδὲν εἰδέναι οἴεσθαι, tam alienus eſt ab arrogantia, ut cùm omnia norit, tamen ſe nihil ſcire putet.

Id autem fit, ſi caſus uerbi finiti præcedens trahat ad ſe caſum infinitiui.

Hoc pacto etiam trahitur ante infinitiuũ genitiuus à genitiuo, datiuus à datiuo, Δέομαι σου τοῦ φίλου, ὡς εἰς βοήθειαν προθυμοτάτου γενέσθαι, ἱκετεύω σοι τῷ φίλῳ μου, ὡς εἰς βοήθειαν προθυμοτάτῳ γενέσθαι.

Hinc etiam fit, quod infinitiui, εἶναι, & γίνεσθαι admittant poſt ſe quoſuis caſus.

Nominatiuum, οὐδὲ τοῖς βασιλεῦσι ἀξιοῦσι εἶναι φίλοι, neq; dignum cenſent regibus eſſe amici.

Genitiuum, σοφωτέρων εἶναι ἀνθρώπων, eſſe è nu-

*è numero ſapientiſsimorum.*

Datiuum, ᾧ πρῶτον μὲν ὑπάρχει εἶναι ἰατρῷ, ἔπειτα ἀγαθῷ ἰατρῷ, *cui primùm contingit eſſe medico, deinde bono medico.*

Accuſatiuum, λέγω σε καλὸν εἶναι φίλον, *dico te bonum eſſe amicum.*

*Plerunque etiam poſtponunt infinitiuo eum accuſatiuum, qui tamen à parte anteriori regitur,* χρὴ μὴ παραμελῆσαι τῆς εὐσεβείας τοὺς ἐνθυμουμένους, ὅπως ἂν διατελεῖεν, *oportet eos non negligere pietatem, qui animo reuoluunt, quomodo perficiant.*

*His orationibus,* ὡς καλῷ, *id eſt, honeſtum, commodum,* ὡς καλλίστῳ, *honeſtiſsimum, commodiſsimum, rectè additur infinitiuus mediante articulo genitiuo* τοῦ, ὡς καλῷ τοῦ ποιεῖν, *cõmodè ad faciendum.* ὡς καλλίστῳ τοῦ ποιεῖν, *commodiſsimè ad faciendum.*

*Cæterùm, quomodo infinitiuus conſtruatur articulis, infrà dicetur.*

*Vtuntur & figuratè infinitiuo,* ὡς ἰδεῖν τὸν ἄνθρωπον, *pro* ὡς ἴδεν ὁ ἄνθρωπος. ὡς ἀκοῦσαι τοὺς παρόντας, *pro* ὡς ἤκουσαν οἱ παρόντες. ἐπειδὴ ἀκοῦσαι τοῦτον, *pro* ἐπειδὴ ἤκουσεν οὗτος. ἐπειδὴ δὲ γενέσθαι, *pro* ἐπειδὴ δὲ ἐγένετο. *In quibus* ἐπειδὴ *tantum ualet, quantum* μετὰ τὸ, *ut ſit ſenſus,* μετὰ τὸ γενέσθαι.

*Ponitur etiam infinitiuus nonnunquam loco participiorum*

cipiorum imperſonalium. ἐμοὶ δοκεῖν, pro ἐμοὶ δοκοῦν, cùm mihi uiſum eſſet. δεῖν, pro δέον, cū oporteret. Sic etiam in ſimili uoce, πλεῖν, pro πλέον, plùs.

Quod Latini dicunt, ut uno uerbo abſoluam, id Græci plerunq; efferunt per infinitiuum expreſſum, uel ſubauditum, his modis: συνελόντι ἢ εἰπεῖν, ἑνὶ λόγῳ δὲ εἰπεῖν, ἑνὶ λόγῳ, συνελόντι δὲ φάναι, συνελόντα δὲ φάναι, συνελόντι ἢ, καθόλου μὲν σὺν εἰπεῖν, quod etiam fit per optatiuum ſic: συνελὼν ἢ φαίην ἄν.

Hactenus de infinitiui ſyntaxi.

Appendix prima.

Verba in oratione ſæpè omittuntur ornatus gratia, ὡς λόγος, ut fama eſt.

Sic ἀπόδειξις δὲ, σημεῖον δὲ, τεκμήριον δὲ, inſeruntur orationibus in modum parentheſeos, pro, cuius rei demonſtratio eſt, cuius rei indicium eſt, & ſubauditur ἔστω, uel εἰκάν.

Et econtrariò quibuſdam uerbis utuntur ſolis loco totius orationis, ſic γίνομαι capitur pro ſeruum eſſe, ἀυτοῦ γενόμενος, hoc eſt, ipſius ſeruus.

Et εἶναι, pro eſſe filium. λέγουσι τοῦτον εἶναι ἐκείνου, dicunt hunc eſſe filium illius.

Appendix ſecunda.

Quædam etiam quandoq; ponuntur quidem in oratione, ſed planè abundant, & prorſus nihil conferunt ad ſententiam, cuiuſmodi ſunt, φέρω, ἔχω, εἰμὶ, φάναι, εἰπεῖν, & ſimilia.

φέρω,

φέρω, ut Gre. τῶν μὲν γε κλήρῳ φέροντες ἑαυτοὺς ἐγκατέλεξαν, nomina inter clericos dare cœperunt. Chryſoſt. de fato, concione I. σοὶ δὲ καθάπερ ἐν ἀκροπόλει τῇ κεφαλῇ φέρων ὀφθαλμοὺς ἐγκατέθηκεν, tibi autem in capite uelut in arce oculos impoſuit. Hinc, ſi tollas φέροντες, & φέρων, eadem manebit ſententia.

ἔχω, ut μαθὼν ἔχω, pro ἔμαθον, συλλαβὼν ἔχω, pro συνέλαβον. εἰμὶ, ut ἐν τῷ νῦν εἶναι, pro ἐν τῷ νῦν, in præſentiarum, ἑκὼν εἶναι, pro ἑκὼν, uoluntarius. ἑκόντες εἶναι, pro ἑκόντες, uoluntarij φάναι, & εἰπεῖν, ut ἔφη φάναι, ἔφη εἰπεῖν, pro ἔφη, quaſi Latinè dicas, infit dicere.

φθάνω, ut ἔφθην ποιήσας, pro ἐποίησα. φθάνει ἀναλισκόμενος, pro ἀναλίσκεται. ἐφθάκειν πυθόμενος, audieram. τυγχάνω, ut τυγχάνω ὤν, pro εἰμί. Διωτελῶ, ut Διατελῶ ποιῶν, pro ποιῶ.

οἶμαι Græcis abundat, quemadmodũ Latinis, credo. τοιαῦτα ζηλωτά ἐστιν, οἶμαι, καὶ λαμπρά, huiuſmodi admiranda ſunt, credo, & præclara.

οἴει, ut οὐκ οἴει ἀναγκασθήσεται; non'ne cogetur? an non tandem cogetur?

Appendix tertia.

Verbis ſingularibus abutuntur Attici loco pluralium. ἐὰν ὑπονεάσῃ pro ὑπονεάσονται. ὅπως ἐμέσῃ, pro ἐμέσωνται.

Vtuntur Græci frequenter implicita orationis ſtru-

ctura, ἐμὲ μηδὲν ἔχεις, ἐφ' ὅτῳ τοῦτο ποιήσεις, pro μηδὲν ἔχεις, ἐφ' ὅτῳ μὲ τοῦτο ποιήσεις, nihil habes, quamobrē hoc mihi facias. οὐδεὶς ἑκὼν ὑπομένει τῶν ἐλευθέρων τὴν τοιαύτην ἀρχὴν, pro οὐδεὶς τῶν ἐλευθέρων ἑκὼν ὑπομένει, & cætera. nemo liber uolens perfert huiuſmodi principatum. ὅταν μὴ εἰδότες βαδίζωμεν, pro μὴ εἰδότες ὅταν βαδίζωμεν, ignorantes quò imus.

## SYNTAXIS PARTICIPIORUM.

PARticipium ſortitur conſtructionem ſui uerbi, quemadmodum apud Latinos.

Cæterùm illud, τόξων εὖ εἰδώς, arcuum bene ſciens, poëticū eſt, per antimeriam, ac ſi dicamus, τόξων εἰδήμων, arcuum peritus, hoc eſt, peritus ſagittandi.

Participij genitiuus abſolutè ponitur, quemadmodum Latinis ablatiuus, ἐμοῦ διδάσκοντος, me docente.

Quandoq; participiū ſolum, intelligendo caſum rei conuenientis, ἐλθόντων δὲ, ubi autem ueniſſent.

Atticè pro hoc genitiuo eſt accuſatiuus, & fermè cum ὡς & ὥσπερ, ὡς τὸν ἄνδρα τοῦτο ποιήσαντα, pro τοῦ ἀνδρὸς τοῦτο ποιήσαντος, uiro hoc faciente.

Et eſt iſtud frequentiſſimum in participijs imperſonalium

nalium per omnia tempora, ἀκουσθὲν αὐτῷ, pro ἀκού-
σαντος αὐτοῦ, ubi ipſe audiſſet. δόξαν ἐμοὶ γράψαι, ubi ſtatutum eſſet mihi ſcribere, ἄδηλον ὄν, cùm incertum ſit. δέον ἕτερα, pro δεόντων ἑτέρων, cùm aliæ res conuenirent. ἐξὸν αὐτῷ ποιῆσαι, cùm permiſſum eſſet ipſi facere. ὡς μηδὲν αὐτῷ διαφέρον, tanquam nihil eius interſit. ἐνόν, προσῆκον, παρόν, ἐνδεχόμενον.

MVltò latior eſt uſus participiorum Græcis quã Latinis. Quod enim dicimus per coniunctiuũ præcedente aduerbio, cùm, hoc illi plerunque elegantiùs efferunt per participium, ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὤν, οὐ συνῆκεν, homo cùm in honore eſſet, non intellexit. οὐκ οἶδας ταῦτα ὁ τηλικοῦτος ὤν; tu hæc ignoras cùm ſis tantus?

Conſueuerunt etiam Attici loco uerborum uti participijs. οὗτος δὲ ἦν ὁ διοικῶν πάντα ταῦτα, hic eſt qui omnia adminiſtrabat. τίς ὁ φενακίσας ταῦτα; quis eſt, qui hanc fraudem commentus eſt? εὕρισκον οὐδαμῶς ἂν ἄλλως διαπραξάμενος τοῦτο, reperiebam nulla alia ratione poſſe hæc me perficere.

Fit etiam nonnunquam, ut participium coniunctum nomini ſubſtantiuo, in obliquo ponatur loco uerbi & nominatiui, idq́; propter alium obliquum præcedẽtem, νομίζω σε, ὡς φίλον μου γενόμενον, pro ὡς φίλος μου ἐγένου, puto quòd ſis factus amicus meus, πιστεύω

ἡμᾶς, ὡς ἕξοντας τὴν τοῦ θεοῦ βασιλείαν, pro ὡς ἕξω μὲν τὴν τοῦ θεοῦ βασιλείαν, credo habituros nos regnũ cœlorum. ἡ γραφὴ λέγει περὶ τῆς γυναικὸς, ὡς αἰτίας γενομένης τῶν ἁμαρτημάτων, pro ὡς αἰτία ἐγένετο τῶν ἁμαρτημάτων. τοῦτ᾽ ἐστιν τῶν ἀνθρώπων, ἵππων, καὶ ὄνων γενομένων, pro οἱ ἵπποι, καὶ ὄνοι ἐγένοντο. σύνοιδα ἐμαυτῷ μὴ προσποιουμένῳ, pro σύνοιδα ἐμαυτῷ, ὅτι μὴ προσποιοῦμαι, conſcius ſum mihi, quòd nõ diſsimulem.

Et loco coniunctiui præteriti perfecti actiui plerunq; utuntur Græci participijs, ἐὰν ἠδικηκὼς τυγχάνῃ, ſi iniuriam fecerit. ἐὰν τύχῃ τεθηλακὼς, ſi lactauerit. ὅταν ὦσι βεβληκότες τοὺς ὀδόντας, quando eiecerint dentes.

Quod etiam fit nonnunquam in optatiuis, συμβεβηκὸς ἂν εἴη, contigiſſe uideatur. γεγονότες ἂν εἴη, facti eſſe uidantur.

Et in futuris indicatiui, ἐπιτετυχηκὼς ἔσῃ, pro ἐπιτεύξῃ. κεχαρισμένος ἔσῃ, pro χαρίσῃ.

Et Atticis idem fit in omnibus temporibus, ac modis, adiunctis his uerbis, τυγχάνω, εἰμὶ, ὑπάρχω. τίς σὺ τυγχάνεις ὢν, quis tu es? ἀπεκτανὼς ὅδ᾽ ἐστὶ τὸν ἄνθρωπον, interfecit hominem. ἀνῃρηκὼς ἔσομαι, ſuſtulero. οὐ γὰρ ἐχθρός γε ὑπῆρχεν ὤν, non erat quidem inimicus. ἔσεσθε ἐψηφισμένοι, cenſueritis.

Ponitur preterea participium nonnunquam uice uerbi

uerbi infiniti. Matth. 1. εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα, pro ἔχειν, reperta eſt habere in utero, hoc eſt, reperta eſt eſſe grauida.

Id quod plerunque fit cum uerbis perſeuerandi, ἀγαπῶν με διατέλει, id eſt, ἀγαπᾶν με διατέλει, perſeuera me amare. Matth. 11. ὅτε ἐτέλεσεν ὁ ἰησοῦς διατάσσων, pro διατάσσειν, cùm conſummaſſet Ieſus præcipere, & præcipiendi feciſſet finem.

Et in uerbis deſiſtendi, οὐ παύσομαι φιλῶν, pro φιλεῖν, non ceſſabo amare.

Et in uerbis ſignificantibus affectionem animi, idq; uariè, nempe in nominatiuo, aut in accuſatiuo, μέμνημαι ἰδών, uel μέμνημαι ἰδόντα, pro μέμνημαι ἰδεῖν memini uidiſſe. οὐ συνίεσαν μάτην πονοῦντες, uel πονοῦντας, pro οὐ συνίεσαν μάτην πονεῖν, non intellexerunt ſe fruſtrà laborare. σύνοιδα ἐμαυτῷ ἀδικῶν, uel σύνοιδα ἐμαυτῷ ἀδικοῦντα, pro σύνοιδα ἐμαυτῷ ἀδικεῖν, conſcius ſum mihi iniuriæ.

Aut etiam alio quouis caſu, cuius eſt ſubſtantiuum, aut pronomen illi adiunctum, ut σύνοιδα ἐμαυτῷ ἀδικοῦντι, conſcius ſum mihi iniuriæ. Sic Verg.

Senſit medios delapſus in hoſtes.

## Appendix.

Participia tranſeũt quandoq; in nomina, & illorum more conſtruuntur, non ut participia: τὸ καθῆκον σοῦ, officium tuum.

## Appendix.

Et quandoq; ſuperuacuè ponuntur, ſicut ipſis ſubtractis eadem maneret ſententia. ᾤχόμην ἀπιών, pro ᾤχόμην. οἴχεται ἀπιών, pro οἴχεται. παίζων ἔχων, pro παίζεις, φλυαρεῖς ἔχων, pro φλυαρεῖς. ληρεῖς ἔχων, pro ληρεῖς. τονῦν ἔχον, pro τονῦν, nunc.

## SYNTAXIS PRONOminum.

GRæci ferè ſemper utuntur genitiuis pronominum primitiuorum pro poſſeßiuis, πατήρ μου, pro πατὴρ ἐμός. πάτερ ἡμῶν, pro πάτερ ἡμέτερε, pater noſter.

Poſſeßiua adſciſcunt quandoque genitiuum. Lucia. ὅλως δὲ τἀμὰ οὗτοι συναθῶσι τοῦ κακοδαίμονος, hi prorſus mea infelicis dilapidant. ἐμὸν αὐτοῦ βίον, meam ipſius uitam.

Poſſeßiua tertiæ perſonæ cum diuerſa perſona copulari nequeunt, ſine altera uoce poſſeſſorem ſignificante. Solœciſmus enim eſt, ſi quis dicat, ὁ σφέτερος παῖς φιλεῖ με, ſuus filius diligit me: ſed dicendum eſt, ὁ σφέτερος αὐτῶν παῖς φιλεῖ με, ſuus ipſorum filius diligit me, uel ſic: ὁ παῖς αὐτῶν φιλεῖ με, filius ipſorum diligit me, ſine poſſeßiuo.

Et hæc extra reciprocationem. In reciprocatione

enim poteſt poſſeßiuum tertiæ perſonæ per ſe poni, δέονταί σου τοῖς σφετέροις ἐπικουρῆσαι, rogant te, ut ſuis præbeas auxilium.

Demonſtratiuis additur in contextu orationis ί acutum ad uim ſignificationis intendendam, οὑτοσί, τουτουί, τουτωί, τουτονί, ἐκεινοσί. Quemadmodum Latini ad intendendam ſignificationem addunt met, pte, ce, egomet, tute, meapte, huiuſce.

De pronomine, αὐτός.

Relatiuum αὐτὸς, poſtponitur omnibus perſonis: ἐμοῦ αὐτοῦ ἀκούω, memet audio. σοῦ αὐτοῦ ἀκούω, teipſum audio. ἐκεῖνος αὐτὸς λέγει, ille dicit. Luc. 2. σοῦ δὲ αὐτοῦ τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, tuam ipſius animam, ſiue tuam propriam animam pertranſibit gladius.

Genitiuus pluralis αὐτῶν, poſtponitur frequenter huic nomini ἴδιον, ἰδίοις αὐτῶν ἀγαθοῖς, ſuis proprijs bonis. Quo modo etiam dixerunt ueteres Latini, ſuo ſibi gladio hunc iugulo.

Et ponitur αὐτὸς quandoq; loco reciproci. Grego. ὁρῶν οὖν τὴν τοῦ δήμου κίνησιν ἐπ᾽ αὐτὸν, uidens igitur in ſe motũ populi. ἐπ᾽ αὐτὸν poſuit pro ἐφ᾽ ἑαυτόν.

Et contrà reciprocum pro relatiuo. ὡς ὁτιοῦν ἐξὸν ἑαυτῷ ποιεῖν, tãquam ipſi quicquid libet liceat, ubi ἑαυτῷ pro αὐτῷ ponitur.

Hæc more Atticorum fiunt, qui compoſita pro ſimplicibus, & ſimplicia pro compoſitis accipiunt. Sic ὅς,

οὗ, οἷ, ἕ, modò reciprocè, modò non reciprocè accipiuntur. Reciprocè, τοιαῦτά οἱ συνέγνωκε κακὰ, talium ſibi conſcius eſt malorum. Non reciprocè, Greg. ἐπειδὴ οἱ φανῆναι πλῆθος πολὺ, poſtquam ingens uiſa eſt ei multitudo. Sic σφᾶς pro ſeipſos, uel pro eos ponūt: σφίσιν pro ſibiipſis, uel pro ipſis.

## COMPOSITA.

Pronomina compoſita poſſunt diuiſim conſtrui, in prima quidem perſona, & ſecunda ſingulariter tantùm, & in tertia pluraliter tantùm.

Verùm dum compoſitè dicuntur, capiuntur abſolutè.

Diuiſim uerò dicuntur diſcretionis, aut emphaſis cauſa, Διδάσκω ἐμαυτοῦ υἱὸν, uel Διδάσκω ἐμοῦ αὐτοῦ υἱὸν, doceo filium meum, uel meiipſius. σαυτῷ φίλος, uel σοὶ αὐτῷ φίλος, tibiipſi amicus. Ita & in alijs caſibus.

In tertia perſona diuiſim dicimus, σφῶν αὐτῶν, σφίσιν αὐτοῖς, σφᾶς αὐτούς. Et coniunctim, ἑαυτῶν, ἑαυτοῖς, ἑαυτούς.

Dum fit reflexio in ſe, uel in ſuam poſſeßionem, neque primitiuo, utuntur Græci, neque deriuatiuo, ſed compoſitis. ὅρα σαυτὸν, uide teipſum. ὅρα σαυτοῦ υἱὸν, uide tui ipſius filium. ἑαυτοῖς βοηθοῦμεν, noſipſos iuuamus. ἑαυτῶν υἱοῖς βοηθοῦμεν, noſtrorum ipſorum filios iuuamus.

Neque rectè dicimus, σφᾶς τύπτουσι, ſed dicendum compoſi-

compoſitè, ἑαυτοὺς τύπτουσι, percutiunt ſeſe.

Verùm quia compoſita primæ & ſecundæ perſonæ proferuntur duntaxat ſingulariter, ideò tam in duali, quàm plurali, ponunt ſimplicia cum relatiuis.

In duali, νῶϊ αὐτὼ ὠφελοῦμεν, noſipſos iuuamus. νῶϊν αὐτοῖν ἁπτόμεθα, noſipſis iungimur.

In plurali, ut ὑμῶν αὐτῶν, ἡμῖν αὐτοῖς, ἡμᾶς αὐτούς, noſtrorum ipſorum, nobis ipſis, nos ipſos.

Dum uerò fit reflexio à poſſeſsione in poſſeſſorem, utuntur ſimplicibus, & non compoſitis. Quare non rectè dicitur, κικέρωνα φιλεῖ ὁ ἑαυτοῦ υἱός, Ciceronem amat ſuus filius, niſi more Attico, compoſitum pro ſimplici accipiatur, ἑαυτοῦ prò αὐτοῦ. Dicendum eſt enim, κικέρωνα φιλεῖ ὁ αὐτοῦ υἱός, Ciceronem amat ſuus filius.

Similiter dum fit reflexio non in ſe, neque in ſuam poſſeſsionem, ſed in aliud adiunctum, utuntur ſimplicibus. θέλει ἐκεῖνος με ἔρχεσθαι πρὸς αὐτὸν, ille uult quòd ad ſe ueniam.

Vtuntur Græci hoc pronomine ἑαυτοῦ, in omni perſona. ἑαυτοὺς ὠφελοῦμεν, ὠφελεῖτε, ὠφελοῦσι, noſipſos iuuamus, uoſipſos iuuatis, ſeipſos iuuant.

Et id non modò in plurali, uerumetiam in ſingulari. Xenophon ſecund. ἀπομνη. οὕτω γὰρ παιδεύεις τοὺς ἑαυτῆς φίλους, Sic enim tuos inſtituis amicos: uerba ſunt uirtutis ad uoluptatem. Ioannis capite 18. σὺ ἀφ'

ἑαυτοῦ τοῦτο λέγεις, ἢ ἄλλος σοι εἶπε περὶ ἐμοῦ; tu à teipſo hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Lucia. in Apologia: ταῦτα, μὲν πρὸς ἑαυτὸν, ὡς τὸ εἰκὸς, λέλεκταί σοι. ἑαυτὸν dixit pro σαυτόν, cùm Latini ſolùm in tertia perſona ſeruent hanc conſtructionem, id eſt, ſui, ſibi, à ſe, quod ſicut caret nominatiuo, ita & Græca reciproca compoſita.

Caret etiam nominatiuo hoc nomen, ἀλλήλων, ἀλλήλοις, ἀλλήλους, & ſimilem habet cum pronominibus conſtructionem, in omni perſona, eo modo, quo Latinis inuicem, ſiue inter, cũ accuſatiuo, φιλεῖν ἀλλήλους, inuicem amare, uel inter ſeſe amare, ἀλλήλους ἐλεοῦμεν, nos noſtri inuicem miſeremur, nos noſtri inter nos miſeremur. ἀλλήλους χαρίζεσθε, inuicem uobis indulgetis, ἀλλήλους ἀπολαύουσι, inuicem ſe potiuntur.

Si uerò componatur cum præpoſitione, habebit nominatiuum, ἐπάλληλα. Διάλληλα, uerùm tunc non recipit conſtructionem reciprocam.

Appendix.

Frequens eſt apud poëtas in pronominibus perſonarum & numerorum mutatio.

Perſonarum σφέτερον πατέρ᾽ ὑμνείουσαι, pro ὑμέτερον. τίς τ᾽ ἄρ σφωέ, pro αὐτώ.

Numeri, ἀτρείδη νῦν ἄμμε παλιμπλαγχθέντας οἴω, pro ἡμᾶς.

## Appendix.

*Conſtruuntur etiam pronomina aduerbiorum loco, ut ταῦτά τοι, ταῦτ᾽ ἄρα, ταῦτα δὲ, ταῦτα δὴ, id eſt, proinde, ad hæc, præterea.*

*In omnibus his ſubauditur præpoſitio, διά. ταύτῃ, hoc pacto, hac ratione, hac de cauſa, ideo. ταύτῃ τοι, itaque, propter hoc. ταύτῃ, ὅπῃ, ubi ſimul ponuntur, ualent, οὕτως, ὅπως. ἔςω ταύτῃ, ὅπῃ ὑπολαμβάνεται. ſit ſic, ut ut creditur.*

# SYNTAXIS ARTICVLORVM *præpoſitiuorum.*

## *Officium articulorum in oratione.*

*ARticulus præpoſitiuus in oratione certi alicuius præcogniti mentionem fieri denotat, ut ſi quis dicat ἄνθρωπος ἧκε, homo uenit, incertum eſt de quo homine dicat.*

*Sin uerò dicat, ὁ ἄνθρωπος ἧκε, certum, nempe de eo, de quo priùs facta eſt mentio. Sic & Ioan. I. Iudæi interrogantes Baptiſtam. ὁ προφήτης εἶ σύ; non rogabant, an propheta eſſet quiſpiam, ſed an ille propheta, quem uelut eximium pollicitus erat Moyſes, Deutero. capite decimo octauo. Et primo libro Ethicorum, τὸ ἀγαθόν, non capitur ſimpliciter pro quouis bono, ſed pro illo eximio, de quo philoſophi diſputant, ſummo bono.*

Hinc

Hinc eſt, quòd quibus ineſt ſignificatio hæſitans ac dubia, minimè habeant articulum.

Qualia ſunt imprimis nomina infinita, ὅστις ὁποῖος, ὁπότερος, in quibus ὁ non eſt articulus, ſed dictionis pars.

Et interrogatiua nomina, quòd interrogatio ſit de re incerta, τίς πόσος, ποῖος, πότερος, πόσος, πηλικός, ποδαπός, ποσαῖος.

Verùm cùm id, quod dictum eſt, iterato interrogatur, addi poteſt articulus, τὰ ποῖα; qualia? τὰ τίνα λέγεις; quæ dicis? ὁ τίς ἐρωτᾷς; quis interrogas?

Quòd ſi in priori interrogatione inueniatur articulus præpoſitus interrogatiuo, referendus eſt non ad interrogatiuum, ſed ad aliud ſequens expreſſum, aut ſubintellectum: περὶ ποίας μερίδος; pro ποίας τῆς μερίδος; τὰ ποῖα, λέγεις; pro ποῖα τὰ ῥήματα λέγεις; ὁ τίς ταῦτα τολμήσας; pro τίς σὺ ὁ ταῦτα τολμήσας;

Relatiuis inchoatis quidem à τ, addi poteſt articulus, ὁ τοιοῦτος, ὁ τηλίκος, ὁ τόσος.

Inchoatis autem à uocali, non additur. Non enim dicitur, ὁ ὅς, ὁ ὅστις.

Quatuor ſunt nomina diſtributiua, ἕτερον ſcilicet, & ἄλλο, quibus addi poteſt articulus. ἑκάτερον, & ἕκαστον, quibus non additur.

Cætera nomina adiectiua conſtruuntur cum articulis,

lis, quando ſubauditur participium ſubſtantiuum, ὁ ἀγαθὸς σωκράτης φιλοσοφεῖ pro σωκράτης, ὁ ὢν ἀγαθὸς, φιλοσοφεῖ, Socrates qui bonus eſt philoſophatur. Idem erit, ſi nomen ſubſtantiuum præponamus ſic, ὁ σωκράτης, ὁ ἀγαθὸς, utrique præponentes articulum.

Hinc fit, quòd in epiſtolarum inſcriptionibus, cùm nomini proprio additur adiectiuum, neceſſarius ſit articulus, ſecundum Apollonium, Διονύσιος τρύφωνι, τῷ ἀγαθωτάτῳ χαίρειν. ἰουλιανὸς σαραπίωνι τῷ λαμπροτάτῳ. Hoc tamen autores non ſemper obſeruant, ut πλάτων Δίωνι συρακουσίῳ εὖ πράττειν. βασίλειος εὐσταθίῳ φιλοσόφῳ.

Sine articulo uero ponitur, quando uerbum ſubſtantiuum ſolum, aut ponitur, aut ſubauditur, inter ipſum & ſuum ſubſtantiuum, σωκράτης ἐστὶ ἀγαθὸς, Socrates eſt bonus. ἀριστοτέλης σοφὸς, Ariſtoteles eſt ſapiens.

Poterit etiam huiuſmodi adiectiuũ mutari in genitiuum pluralem, cui tunc addetur articulus, σωκράτης τῶν ἀγαθῶν ἦν, ἀριστοτέλης τῶν σοφῶν, Socrates bonus erat, Ariſtoteles ſapiens.

Ex his fit, quod adiectiuum poſtpoſitum ſuo ſubſtantiuo, ſi habeat articulum, cohæret ei immediatè, ſi uerò non habeat, in prædicati locum recedit: ut cũ dicitur, σωκράτης ὁ ἀγαθὸς ἐστι, ſubiectum eſt. σωκράτης

ὁ ἀγαθὸς

ὁ ἀγαθὸς, hoc eſt, σωκράτης ὁ ὢν ἀγαθός, & prædicatum ἐστί.

Si uerò dicamus, σωκράτης ἀγαθός ἐστι, ſubiectũ erit σωκράτης, & prædicatum ἀγαθός.

Idem eſt iudicium, quando uni ſubſtantiuo præponitur aliud ſubſtantiuum. Si enim poſterius habet articulum, cohæret priori immediatè, & ſubauditur participium ſubſtantiuum. αἴας ὁ υἱὸς τελαμῶνος πολεμεῖ, Aiax qui eſt filius Telamonis belligeratur.

Quod Attici dicunt per defectum alterius ſubſtantiui. Matth. 4. ἰάκωβον τὸν τοῦ ζεβεδαίου, Iacobum filiũ Zebedæi.

Si uerò poſteriori ſubſtantiuo non præponatur articulus, erit prædicatum ſubintellecto uerbo ἐστί, ἄνθρωπος ζῶον, homo eſt animal.

Appendix prima.

Inueniuntur frequenter articuli ſine ſuo nomine, & tunc uel ſubauditur nomen præcedens, ut λόγος μὲν ὁ οὗτος πρῶτος, δεύτερος δὲ ὁ τῶν φιλοσόφων, 'ratio quidem hæc prima, ſecunda uerò ea, quæ eſt philoſophorum.

Vel ſubauditur participium uerbi ſubſtantiui, idq́; potiſsimũ, ſi articulus ſit neutri generis, ut τὰ θαλάττης, pro τὰ ὄντα θαλάττης, exiſtentia, ſiue quæ ſunt maris, hoc eſt, res maritimæ.

Interdum uerò nihil ſubauditur, ueluti, cùm ornatus

tus cauſa articulus neutri generis, tam in ſingulari, q̃ in plurali, cum genitiuo quidẽ ſingulari ponitur loco nominis ſingularis, & cum genitiuo plurali, loco nominis pluralis eius caſus, cuius eſt articulus, ut τὰ τῶν ὀνύχων, uel τὸ τῶν ὀνύχων, id eſt, ὄνυχες.

Et, τὰ τοῦ ὄνυχος, uel τὸ τοῦ ὄνυχος, id eſt, ὄνυξ. Et τοῖς τῶν ὀνύχων, uel τοῖς τῶν ὀνύχων, id eſt, ὄνυξι. Et τοῖς τοῦ ὄνυχος, uel τοῖς τοῦ ὄνυχος, id eſt, ὄνυχι. τὰ τῆς ἐπανόδου, uel τὸ τῆς ἐπανόδου, id eſt, ἐπάνοδος, regreßio. Sic Greg. τὰ τῶν ἐλπίδων, dixit pro ἐλπίδες ſpes. Et αἰσχρὰ μοὶ τὰ τῆς ἐκστρατείας dixit, pro ἐκστρατεία, expeditio quidem turpis.

Appendix ſecunda.

Articulus poſtpoſitus ſuo nomini, aut alieno etiam, uim habet exponentis. Chryſoſt. ἠκούσατε τὴν σάλπιγγος, τῆς ἐκ τῶν οὐρανῶν, audiuiſtis tubam, tubam inquam, quæ è cœlo deſcendit. Paulus 1. ad Timoth. 1. καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, & domini Ieſu Chriſti, qui eſt ſpes noſtra.

Appendix tertia.

Sæpè articuli à ſuis nominibus ita ſeiunguntur, ut quicquam intercedat aliud, οἱ τὴν φροντίδα ἔχοντες, curam habentes.

Quò fit, ut plures inter ſeſe continui ponantur articuli, neq; eandem ſeruent conſtructionem, ſed uniuerſam.

Nam

Nam ubi duo ſunt articuli, primus eſt ſecundi nominis, & ſecundus primi: ut οἱ τὴν φροντίδα ἔχοντες.

Si uerò tres fuerint continui, referentur ad ſua nomina, eo modo, quo in hoc exẽplo, οἱ τὴν τῶν ἁπάντων ἀνειληφότες φροντίδα, omnium aſſumentes curam.

Continui autem inter ſeſe poni poſſunt plures articuli in ea oratiõe, in qua præponitur ea dictio, quæ regitur, aut ipſius adiectiuum, ſequente ea quæ regit, τὰ τοῦ βίου πράγματα, negocia uitæ. ὁρῶ τὸν τῆς σῆς ὄντα μερίδος, uideo eum, qui eſt partium tuarum.

Verùm non rectè dicitur, τοῦ τὰ πράγματα βίου, neq; ὁρῶ τον τῆς ὄντα σῆς μερίδος.

## ARTICVLVS CVM pronomine.

Pronomina primitiua, ſiue ſint demonſtratiua, ſiue relatiua, non ſuſcipiunt articulum, quòd ex ſeſe ſatis certa ſint, niſi fortè ad maiorem emphaſim, ὁ οὗτος, ὁ αὐτὸς. idem, τὸν αὐτὸν, eundem.

Deriuatiua uerò ſuſcipiunt eo modo, quo nomina adiectiua: eandem enim cum illis uim, eandemq; omnino conſtructionem habent. ὁ ἐμὸς οἶκος mea domus. ἡ ἐμὴ οἰκία, mea habitatio. τὸ ἐμὸν οἴκημα, meum domicilium. Verum tunc ad ſequentia nomina neceſſario referri intelliguntur, ὁ ἐμὸς οἶκος, id eſt, ὁ οἶκός μου. τὸ ἐμὸν οἴκημα, id eſt, τὸ οἴκημά μου.

Pronomen infinitum δεῖνα, eſt capax articuli, ὁ

δεῖνα,

δεῖνα, ἡ δεῖνα, τὸ δεῖνα. Vnde πρὸς τὸν δεῖνα, dicunt Græci, quando ſignificant, ad quendam certum hominem, quem tamen non nominant.

Item, ὁ δεῖνα, καὶ ὁ δεῖνα dicitur, pro hic & ille. τῷ δεῖνι μεμφόμενος, καὶ τὸν δεῖνα ἀνάξιον εἶναι φάσκων, huic ſuccenſens, illum indignum eſſe dictitans. Et τὰ δεῖνα γενομένη καὶ τὰ δεῖνα αὖ, nunc in hanc, rurſus in illam ſpeciem transformata.

## ARTICVLVS CVM uerbo.

ARticulus genitiuus cum uerbo infinito ponitur Græcis eo loco, quo Latini utuntur gerundijs in di, addentes cauſa uel gratia, aut uerbo coniunctiuo præcedente, ut τοῦ ποιεῖν, cauſa faciendi, aut ut faceret. τοῦ φάγειν, τοῦ λέγειν. Lucæ ultimo, καὶ εἰσῆλθε τοῦ μεῖναι σὺν αὐτοῖς, & ingreſſus eſt manendi gratia cum illis, ſiue ut maneret cum illis. Eodem capite, οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκρατοῦντο τοῦ μὴ ἐπιγνῶναι αὐτὸν, oculi autem eorum tenebantur, ut non agnoſcerent ipſum.

Datiuo articulo cum uerbo infinito, antecedēte præpoſitione ἐν, utuntur loco gerundiorum in do, ἐν τῷ σπουδάζειν προσκόπτομεν, ſtudendo proficimus.

Quandoq; etiam ponitur pro genitiuo abſoluto, adiecto nomine accuſatiui caſus, ἐν τῷ βασιλεύειν

τραϊανόν, pro βασιλεύοντος τραϊανου, regnante Traiano. Sic Lucæ ultimo, καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κατακλιθῆναι αὐτὸν, pro κατακλιθέντος αὐτοῦ, hoc factum eſt ſedente eo.

Et ſine præpoſitione ἐν, æquiualet ultimo ſupino, τῷ παρακαλεῖν, oratu.

Accuſatiuo articulo, præcedēte præpoſitione πρὸς, utuntur loco gerundij in dum, uel primi ſupini, ἔρχομαι πρὸς τὸ παρακαλεῖν, uado oratum, uel ad orandum.

Præponitur etiam commodè uerbis infinitis, quoties pro nomine ſumuntur. Sumuntur autem uerba infinita pro nomine, non ſolùm ut Latinis in nominatiuo & accuſatiuo, ſed in omni caſu.

In nominatiuo, τὸ φιλοσοφεῖν καλόν ἐστιν, philoſophari res eſt honeſta.

In genitiuo, τοῦ φιλοσοφεῖν οὐδὲν ἥδιον, nihil iucundius, quàm philoſophari.

In datiuo, τῷ φιλοσοφεῖν ἐναντιοῦται ἡ ἀφροδίτη, philoſophiæ aduerſatur Venus.

In accuſatiuo, τὸ φιλοσοφεῖν καλὸν εἶναι λέγομεν, philoſophari dicimus honeſtum eſſe.

ARTICVLVS cum participio.

Participijs neceſſarius eſt articulus, quoties reſoluuntur in uerba, ὁρῶ τινὰ ἄνθρωπον τὸν ταῦτα κωλύσοντα, id eſt, ὃς ταῦτα κωλύσοι, uideo quendam hominem,

minem, qui hæc inhiberet & impediret. ἦσαν τινὲς οἱ διασύροντες, pro οἱ διέσυραν, erant quidam qui carpebant. δεῖ τοῦ σώσοντος ταῦτα oportet eſſe qui ea ſeruet.

Quoties uerò non reſoluuntur in uerba, eo modo ſe habent ad articulos, quo nomina adiectiua.

ARTICVLVS cum præpoſitione.

Si articulus iungatur præpoſitioni cum ſuo caſu, intelligitur commodum aliquod participium, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, nempe ὢν aut οἰκῶν. ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ſubauditur ἐλθὼν uel καταβάς. Sic Matth. 15. τότε προσέρχονται τῷ ἰησοῦ οἱ ἀπὸ ἱεροσολύμων γραμματεῖς, tunc acceſſerunt ad Ieſum ſcribæ, qui erant ab Hieroſolymis, ſiue Hieroſolymitani. οἱ κατ᾽ ἀγορὰν, qui uerſantur in foro, hoc eſt, cauſidici. τὰ κατ᾽ ἀγορὰν, quæ ſunt in foro, id eſt, res forenſes.

Ad hanc formam compendij gratia utuntur eleganter huiuſmodi orationibus, τὸ κατ᾽ ἐμέ, τὸ ἐπ᾽ ἐμὲ, quod ad me attinet, pro quo etiam dicũt, τόγ᾽ ἐμὲ, uel τὸ ἐμόν. τόγ᾽ ἐκείνῳ, quantum in eo fuit. τόγ᾽ ἐφ᾽ ἡμῖν, quantum in nobis fuit. τὰ ἐν μέρει, τὰ ἐπὶ μέρους, particularia. τὰ μέχρι τούτου, hactenus. τὸ ἐντεῦθεν, hinc. τὸ κατ᾽ ἐμαυτὸν μέρος, quantum in me fuit, pro mea uirili. τὸ κατὰ σαυτὸν μέρος, pro uirili tua, quantum in te fuit.

Quod etiam ſæpenumerò dicunt ſubaudientes præ-

poſitionem, τὸ σὸν μέρος, τὸ ἐπ᾽ αὐτὸν ἥκον μέρος, quantum in ſe fuit, quantum ad ſe pertinebat.

Eas etiam orationes, quas Latini dicunt, à conſilijs, à libellis, à menſis, à ſecretis, & ſimiles, ſecundum hanc formam eleganter efferũtur Græcis hoc modo: οἱ πρὸς τοῖς ἀποῤῥήτοις, οἱ ἐπὶ τῶν ἀποῤῥήτων, id eſt, οἱ τῶν ἀποῤῥήτων προϊστάμενοι, à ſecretis. οἱ πρὸς ταῖς κύλιξι, οἱ ἐπὶ τῶν κυλίκων, id eſt, οἱ τῶν κυλίκων προϊστάμενοι, à calicibus.

Articulus tam ſingularis, quàm pluralis, cum præpoſitione, κατὰ, & nomine ſingulari ἕκαστος, uel εἷς, tantundem ualet, quantum nomen plurale, eius caſus cuius eſt articulus, ut οἱ καθ᾽ ἕκαστον, uel ὁ καθ᾽ ἕκαστον, id eſt, ἕκαστοι ſinguli. τὰ καθ᾽ ἕκαστον, uel τὸ καθ᾽ ἕκαστον, id eſt, ἕκαστα, ſingula. ἡ καθ᾽ ἑκάστην, uel αἱ καθ᾽ ἑκάστην, id eſt, ἕκασται, ſingulæ. τῶν καθ᾽ ἕκαστον, uel τοῦ καθ᾽ ἕκαστον, id eſt, ἑκάστων, ſingulorum. τῶν καθ᾽ ἑκάστην, uel τῆς καθ᾽ ἑκάστην, id eſt, ἑκάστων ſingularum & in alijs caſibus ſimili modo.

Item ὁ καθ᾽ ἕνα, uel οἱ καθ᾽ ἕνα, ſinguli. τὸ καθ᾽ ἕν, uel τὰ καθ᾽ ἕν, ſingula. ἡ κατὰ μίαν, uel αἱ κατὰ μίαν ſingulæ, ſimiliter in alijs caſibus.

Articulus pluralis numeri cum præpoſitione περὶ, uel ἀμφὶ, aut ſimili, & nomine proprio, tantundem ualet, quantum nomen propriũ Atticis. Chryſoſtomus: οἱ περὶ παῦλον καὶ πέτρον, id eſt, Paulus & Petrus.

τοῖς

τοῖς περὶ τὸν ἀλκίνοον, pro τοῦ ἀλκινόου, οἱ περὶ πλάτωνα, pro πλάτων. εἰς τοὺς ἀμφὶ τὸν ζήνωνα, pro εἰς τὸν ζήνωνα. οἱ ἀμφὶ τὸν σωκράτην, pro ὁ σωκράτης.

Quoniam autem hic ſermo ſub uoce plurali, ſingulare ſignificat, fit ut poßit adiungi uerbo ſingulari quidem, figuratè. οἱ ἀμφὶ σωκράτην ἔλεγε, Socrates dicebat. Plurali uerò ſimpliciter, οἱ ἀμφὶ σωκράτην ἔλεγον, Socrates dicebat.

Aliquando tamen accipitur non modò pro homine, ſed etiam pro eius comitatu, uel ſodalitate, οἱ περὶ σωκράτην, id eſt, Socrates & tota quæ apud ipſum eſt ſodalitas.

## ARTICVLVS CVM aduerbio.

Aduerbio additus articulus, uim habet nominis adiectiui. Marci 4. ἐκείνοις δὲ τοῖς ἔξω ἐν παραβολαῖς τὰ πάντα γίνεται, illis autem exteris omnia fiunt in parabolis. Iob 1. περιέφραξας τὰ ἔσω αὐτοῦ, καὶ τὰ ἔξω, uallaſti interiora eius, & exteriora. Ioan. 4. ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστέ, ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμί, ego è ſuperis ſum, uos ab inferis eſtis. τὸ νῦν, in præſentia. τὰ ἐν ᾅδου, ea quæ apud inferos ſunt.

### Appendix prima.

Non modò omnibus orationis partibus, ſed orationi quoq; materialiter acceptæ præponitur articulus

in neutro genere, τὸ ἄνθρωπος, hæc dictio ἄνθρωπος. τὸ γυνή, hæc dictio γυνή. τὸ λέγω, hæc dictio λέγω. τὸ σωκράτης διαλέγεται, hæc oratio σωκράτης διαλέγεται.

Itaque Græcis hîc ualet articulus in neutro genere, quod dialecticis noſtri ſeculi particula ly.

Præponitur etiam articulus neutri generis orationibus poſitis uice nominatiui. τὸ τὸν νέον ἔτι ὄντα φιλοκαλεῖσθαι, θαυμαστὸν οὐδὲν, quod is qui adhuc iuuenis eſt, ſit bonarum rerum ſtudioſus, nihil mirum.

## Appendix ſecunda.

Atticis ſæpè abundant articuli, ἐλπίδα ἔχω οὐδὲ τὴν ἐλαχίστην, ſpem habeo ne minimam quidẽ. Quod plerunque fit ante nomina numeralia. τὰ ὀκτωκαίδεκα ἔτη. Et dum præponitur ſuperlatiuis, ὁ πάντων ὁ βδελυρότατος.

Sæpè enim repetitis articulis efficit orationis phraſim uenuſtiorem. Lucianus: καὶ ὁ νῦν πένης, ὁ τοῦ δεῖνος, ὁ βουλευσάμενος τὰ περὶ ἀγεννοῦς οὕτω τέχνης, μετ᾽ ὀλίγον ἅπασι ζηλωτὸς καὶ ἐπίφθονος ἔσῃ, &c.

Atticorum eſt articulum ſupprimere, οὕτω δυνατός ἐστιν ὥστε καὶ ἀκοντίσῳ ὑπερέχειν pro ὥστε καὶ τῷ ἀκοντίσῳ ὑπερέχειν. Id quod frequenter faciunt in nominibus proprijs, Φίλιππός ἐστιν, pro ὁ Φίλιππός ἐστιν.

Fit & quandoque in participijs, διὰ τί ἧττον μεθύσ-

θύσκονται ταῖς μεγάλαις κωθωνιζόμενοι, pro δι κωθωνιζόμενοι.

Interdum autem nuſquam ſupprimunt, ſed ſingulis dictionibus addunt ſuum articulum.

Interdum uerò partim ſupprimunt, & partim non, prout poſtulat oratio.

Appendix tertia.

Habent inſuper locum articuli in diuiſionibus, adiuncta coniunctione δὲ & μὲν, per omnes caſus.

Per nominatiuum, ἄνθρωποι οἱ μὲν ἤδη εἰσέτρεχον, οἱ δὲ παρασκευάζοντο, homines alij quidem iam incurſabant, alij uerò apparabant.

Per genitiuum, τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν ἕλληνες, οἱ δὲ βάρβαροι, hominum alij quidem Græci, alij uerò barbari.

Per datiuum, ἀρεταῖς ταῖς μὲν ἐναντιοῦται ἀφροδίτη, ταῖς δὲ μέθη, uirtutibus quibuſdam quidem aduerſatur Venus, alijs uerò ebrietas.

Per accuſatiuum, στρατηγοὺς τοὺς μὲν ἔλαβον, τοὺς δὲ λαβεῖν οὐδαμῶς ἐδυνήθησαν, duces alios quidem ceperunt, alios uerò capere haudquaquam potuerunt.

In quibus ſumuntur etiam quandoque aduerbialiter pro partim, partim: uel tum, tum: uel ſimul geminatum. τὸ ἀνθρώπειον γένος, τῇ μὲν ἀγαθὸν, τῇ δὲ φαῦλον, humanum genus, partim quidem bonum, partim

uerò malum. ἐθεράπευσε ὁ χριστὸς, τοῦτο μὲν σώματι, τοῦτο δὲ ψυχῇ κάμνοντας, Chriſtus curauit laborantes tum corpore, tum anima: uel, ſimul corpore, ſimul anima.

Refertur aũt in his diuiſionibus, ὁ μὲν, propriè ad proximum, & ὁ δὲ, ad remotius, ſicut Latinis hic & ille.

Fit etiam nonnunquam, ut in diuiſionibus loco articuli præpoſitiui ponatur ſubiunctiuus. Ad Romam 14. ὃς μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα, ὃς δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει. alius quidem credit ſe ueſci quibuſuis, alius uerò infirmus oleribus ueſcitur. Rurſus eodem capite: ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ᾽ ἡμέραν, ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν, hic quidem iudicat aliquid intereſſe inter diem & diem, ille uerò idem ſentit de quouis die.

Vnde ſumuntur articuli nonnunquam pro pronominibus demonſtratiuis, τὸν pro τοῦτον, τὴν pro ταύτην, ut ὁ γὰρ ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας ἀχαιῶν, ibi ὁ pro οὗτος ponitur, id quod crebrum eſt, adiectis coniunctionibus δὲ, γε, ὅδε, ἥδε, τόδε, ὅγε, ἥγε, τόγε, pro οὗτος, αὕτη, τοῦτο, hic, hæc, hoc.

Itidem in reliquis caſibus, τοῦδε, τῷδε, τόνδε, huius, huic, hunc, τὸν δ᾽ ἀπαμειβόμενος προσέφη πόδας ὠκὺς ἀχιλλεὺς, pro τοῦτον. idq́; in compoſitione.

Verùm extra compoſitionem, ὁ δὲ, ponitur pro οὗτος δέ.

Dicitur

Dicitur etiam ὁδέτις oxytonum, pro ὁ δὲ, alter, alius, ſicut ὁ μὲντις, pro ὁ μὲν, unus.

In quibus τις abundat ornatus gratia. Sed ὅδετις grauitonum ponitur pro οὗτος, hic.

Cæterùm philoſophis τόδε τι uocatur ſubſtantia.

Capiuntur & articuli pro omnibus interrogatiuis τῷ, pro τίνι, cui.

Et pro infinitis, εἴτῳ pro εἴτινι, ſi cui.

Appendix quarta.

Vtuntur præterea articulis, unà cum ſuis nominibus aduerbiorum loco, τὸ μέγιστον, ad ſummū. τὸ ἐλάχιστον, ad minimum. τὸ ὕστατον, poſtremum. τὸ πλεῖστον, frequentiſſimè. Sicut Terent. in Phorm. Vbi plurimùm eſt dixit, pro, ubi frequentiſſimè eſt.

Significat etiam ad ſummum. τὸ πρῶτον, τὰ πρῶτα, primùm. τὴν ταχίστην, quamprimùm. τὴν πρώτην, principio, à prima ætate. τὴν ἄλλως, fruſtrà. τὰ ἄλλα, cæterùm. τὸ εἰκὸς, pro uirili, quantum poſſibile eſt.

## SYNTAXIS ARTICVLOrum ſubiunctiuorum.

Articulus ſubiunctiuus præponitur huic indefinito nomini τις inclinatiuo, ut ὅστις, quicunq;.

Quod etiam fit nonnunquam antecedente nomine πᾶν, πᾶν ὅτι, quodcunque. πᾶς ὅστις, quiuis, quicunque.

Et id quidem in ſingulari, ſed non in plurali. Non enim dicimus, πάντες οἵτινες, ſed πάντες ὅσοι.

Fit etiam præcedentibus negationibus, οὐδεὶς ὅστις, nullus. οὐδενὸς οὕτινος, nullius. οὐδεμίαν ἥντινα, nullã, & ita per alios caſus.

Et ſubiungitur interdum οὖν, ut οὐδεὶς ὅστις οὖν, μηδ᾽ ὅστις οὖν, nullus. & ὅστις οὖν, aliquis. οὕτινος οὖν, alicuius, & ſic in alijs caſibus.

Dicitur etiam ὅτου οὖν, & ὅτῳ οὖν, pro οὕτινος οὖν, & ᾧτιν᾽ οὖν.

Præponitur etiam coniunctioni περ, ὅσπερ, & γε, ὅσγε, & που, ὅσπου, & δή, ὃς δή, & ἄττα, ὃς ἄττα.

Poëtæ etiam ὅσρα, & ὅσνυ dicunt.

Cùm uerò quis uult ſignificare, ſe ignorare, etiam ποτὲ annectit poſt τις, & poſt δή. ὅστίς ποτε ἦν ἐκεῖνος; quiſnám erat ille? ὁδήποτε, & ἁδήποτε, quoduis, quæuis.

Sæpenumerò non ad caſum, quem exigit uerbum ſequens, redditur articulus ſubiunctiuus, ſed ad eum, quem poſtulat præcedens, licèt ab eo ſit alienus ἀπολαύω, ὧν ἔχω, ἀγαθῶν, pro ἃ ἔχω, fruor bonis, quæ habeo. χρῶμαι, οἷς ἔχω, βιβλίοις, utor libris, quos habeo.

Hinc ſunt illa, ἀνδρὶ οἵῳ σοι, ἄνδρα οἷόν σε. Sic Verg. Vrbem quam ſtatuo ueſtra eſt. Et Terent. Populo ut placerent quas feciſſet fabulas.

Et ponitur plerunque ſine ſuo antecedente, διὰ ὧν ἔπεμψας ἐπιστολῶν, ἔμαθον, id eſt, ἐκ τούτων, ἃς ἔπεμψας, ἐπιστολῶν, ὧν ἔπαθεν ὀργὴν ἔχει, id eſt, ἐκ τούτων, ἃ ἔπαθεν ὀργὴν ἔχει. Sic ſecundo ad Corinthios duodecimo, μήτις εἰς ἐμὲ λογίσηται, ὑπὲρ ὃ βλέπει με, ne quis exiſtimet, ſupra id quod uidet eſſe me.

Quod etiam fit in relatiuo nominis, περὶ οἷον χρὴ εἶναι τὸν ἄνδρα ἀγαθὸν, id eſt, περὶ τοιοῦτον, οἷον χρὴ εἶναι ἄνδρα ἀγαθόν. μακαρίζω σε, οἷα ἔργα ἐποίησας, id eſt, μακαρίζω σε, διὰ τοιαῦτα ἔργα, ἃ ἐποίησας.

Refertur articulus ſubiunctiuus interdum ſingulariter ad uerbum plurale. ἀνθρώπους τίνυνται, ὅστις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ, homines puniunt, quiſquis falſum iuramentum iurauerit.

Interdum uerò econtrariò, ad uerbum ſingulare inuenitur reddi pluraliter, μήτις ἀχαιῶν ἐνθάδ' ἐπέλθῃ βουληφόρος, οἵτέ μοι ἀεὶ βουλὰς βουλεύουσι, ne quiſquam Græcorum huc uenerit conſultor, qui mihi ſemper conſilia conſulunt.

Per articulum ſubiunctiuum reſpondetur huic interrogationi τίς. τίς ἐποίησεν ὀδύσσειαν; ὃς καὶ τὴν ἰλιάδα ἐποίησε, quis fecit Odyſſeam? qui & Iliada fecit. Vel ſine uerbo, τίς ἐποίησε ὀδύσσειαν; ὃς καὶ τὴν ἰλιάδα, quis fecit Odyſſeam? qui & Iliada.

Poteſt

Poteſt etiam huiuſmodi reſponſio fieri per articulum præpoſitiuum, ſi uerbum mutetur in ſuum participium. τίς ἐποίησε τὴν ὀδύσσειαν; ὁ καὶ τὴν ἰλιάδα ποιήσας. τίς ἀνήγαγε κέρβερον; ὁ καὶ τὸν λέοντα ἀνελών, quis eduxit Cerberum? is qui & leonem interfecit.

Paßim enim ponitur articulus præpoſitiuus loco poſtpoſitiui, uerbo mutato in participium: Σωκράτης ὁ πολλὰ πεποιηκὼς ἀγαθά, pro Σωκράτης, ὃς πολλὰ πεποίηκε ἀγαθά, Socrates qui multa fecit bona. Ponuntur etiam loco articulorum ſubiunctiuorum hæ dictiones, ὅσοι & ὁπόσοι, in omni numero & caſu. Lucian. οὐ τὰ ἐν τῇ γῇ λέγω, ὁπόσα τοὺς ἀνθρώπους πείθεις, id eſt, ἃ τοῖς ἀνθρώποις πείθεις, non dico ea, quæ in terris aguntur, quæ tu perſuades hominibus. Hinc fit, quod πάντες ὅσοι dicitur, pro πάντες οἵτινες, omnes qui. πάντα μὲν ὅσα, omnia quæ. Articulus ſubiunctiuus ᾗ, ſumitur nonnunquam aduerbialiter pro, eo modo, ea ratione, & reſpondet aduerbio πῇ, quo modo, qua ratione. Reſpondet etiam ταύτῃ accepto aduerbij uice, pro eatenus, eò, ea ratione. ταύτῃ ἀθλιώτερος, ᾗ πλουσιώτερος, eatenus, uel eo miſerior, quo uel quatenus opulentior. Capitur interdum pro ὡς, ᾗ σοι δοκεῖ, pro ὡς σοι δοκεῖ, ut tibi uiſum fuerit. Significat etiam ex quo, quo circa. ᾗ καὶ δῆλόν ἐστιν, ex quo manifeſtum eſt. Capitur etiam οὗ ad-

uerbij

uerbij loco, pro ubi, οὗ ἂν θέλῃς, ἔκτεινόν σου τὴν χεῖρα, ubi uelis extende manum tuam.

## SYNTAXIS PRAEPOſitionum. EN.

EN gaudet datiuo, ἐν ἦρι τῆς ὥρας, ἐν ἀκμῇ, ἐν ἄνθει, in ipſo ætatis flore, in robore ætatis. ἐν γαστρὶ ἔχειν, ferre uterum, prægnantem eſſe. ἐν καλῷ, commodum, honeſtum. ἐν καλλίστῳ, commodiſsimū. ἐν παιδί, in pueritia. ἐν παιδοτρίβου, in ſchola. ἐν ὀργῇ εἶναι, offendiſſe.

Huiuſmodi uerò ἐν ᾅδου, in Plutonis. ἐν διδασκάλου, in præceptoris, per defectum dicuntur. Subauditur enim datiuus οἴκῳ, τόπῳ, uel alius quiſpiam, quem poſtulat oratio.

Quandoque etiam capitur unà cum ſuo caſu, aduerbij loco, ἐν οἷς, quamobrem ἐν δεξιᾷ, ἐν ἀριστερᾷ, quemadmodum Latini dicunt aduerbialiter, ſedere dextrà, uel ſiniſtrà. ἐν μέρει, uiciſsim, ſigillatim. ἐν δέοντι, opportunè. ἐν ἀκαρεῖ, ſubito, momento. ἐν βραχεῖ, paucis, in ſumma. ἐν κύκλῳ, circum, circa, undique, in uniuerſum, nullo prætermiſſo, ἐν ὀλίγῳ, ſummatim. ἐν παραβύστῳ, latenter. ἐν παρόδῳ, obiter. ἐν τούτῳ, interea. ἐν τῷ παραυτίκα, ἐν τῷ παραχρῆμα, id eſt, ἐν τῷ παρόντι, in præſentiarum. ἐν κυτί, ἐν χρῷ, ad cu-

tem, ad uiuum propè, ἐν ῷ, quando.

ΕΙΣ.

ΕΙΣ communiter, ἐς Atticè, ſemper accuſatiuo conſtruitur, ποιεῖσθαι εἰς ἑαυτὸν, periculi ſui facere. εἰς τοὔσχατον, ad ſummum diſcrimen. εἰς τετάρτην, die tertio. εἰς πέμπτην, die quinto. εἰς τοὔμπαλιν, in contrarium. εἰς τὸ οἰκεῖον μέρος, pro uirili. εἰς νέωτα, in futurum, in ſequentem annum, & deinceps aduerbialiter. εἰς κόρακας, ad coruos.

Cæterùm, εἰς ᾅδου, εἰς διδασκάλου, defectiuè dicuntur, quemadmodum de ἐν præpoſitione dictum eſt.

Quomodo & Teren. in Adelph. Vbi ad Dianæ perueneris.

In rebus quidem inanimatis maximè utendū eſt εἰς.

In rebus uerò animatis πρός. πορεύομαι εἰς ἀγορὰν, eo in forum. πέμπω χρυσίον πρός σε, mitto aurum ad te.

Etiam εἰς utimur in laudem & relationem, ἀνήνεγκε εἰς ἄρχοντα, retulit ad prætorem. ὕμνους εἰς Ἀπόλλωνα, hymnos in laudem Apollinis. πρός uerò ubi ſignificabimus aduerſari, πολεμεῖ πρὸς ὁμόρους, belligeratur aduerſus finitimos. In qua ſignificatione inuenitur quandoq; & εἰς, ἠγνωμονήκεσαν εἰς ἡμᾶς, ingrati fuerunt in nos.

Quandoq; ſignificat uſque, εἰς ἐμὲ, uſq; ad ætatem meam.

Quandoq;

Quandoq; apud, εἰς τοὺς Μακεδόνας, apud Macedones.

Quandoq; circiter, εἰς ἄνδρας διακοσίους, circiter ducentos uiros.

Quandoq; ob, εἰς δυσγένειαν λοιδορεῖν, ob ignobilitatem conuitiari.

Ponitur præterea pro ἐν, εἰς τὸ παρὸν, pro ἐν τῷ παρόντι, quod dicitur tam de tempore, quo loquimur, quã de alio inſtanti, pro eo quod eſt, in præſens. Chryſoſto. εἰς στήλην χαλκῆν γράψαντες, pro ἐν στήλῃ χαλκῇ. Marci 2. καὶ ἠκούσθη ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι, & auditum eſt quòd in domo eſſet.

Capitur etiam unà cum ſuo caſu quandoq; aduerbialiter, εἰς τὰ μάλιστα, εἰς τὰ πρῶτα, εἰς τὰ ἔσχατα, εἰς τὸ ἀκριβέστατον, εἰς ὑπερβολὴν, ἐν τοῖς μάλιστα, ſummè, maximè. εἰς δύναμιν, quàm potuit maximè. εἰς δέον, opportunè. εἰς καλὸν, commodè. εἰς ἕν, ſimul. ſicut Latini dicunt, conuenire in unum. εἰς ἅπαξ, εἰς τὸ ἅπαξ, ſimpliciter, omninò. εἰς ὅσον, quamdiu.

E K.

EK Præpoſitio eadem quæ & ἐξ, ſed illa utimur conſonante ſequente, hac uocali: et utraq; genitiuo iungitur, ἐξ ἁμάξης λαλεῖν, è plauſtro loqui. ἐξ ἀπραξίας πράγματα, ex ocio negocium. ἐκ τῶν Διὸς δέλτων, è Iouis tabulis. ἐκ λύκου στόματος, ex ore lupi. ἐκ παραλόγου, ex inſperato. ἐκ παραλλήλου, per alterni-

ternitatem,uel,ut Gellius ait.ex geminatione,ἐκ παρέργου,extra propoſitum.

ἐκ παριωπῆς ὁρᾶν, obliquis oculis uidere. ἐκ ῥίζης, à radice,ab initio. ἐξ ὑποβολῆς,ex ordine,ex congrua conſequentia. ἐκ νέας, ἐκ νέου,ἐκ παίδων, ἐκ παιδός, ἐκ νηπίου, ἐκ μειρακίου, hoc eſt, à puero, ab incunabulis, ab incunte ætate. ἐξ οὐρίου φέρεσθαι, ferri ſecundis uentis. ἐκ πλαγίου, de latere. ἐκ τοῦ παρατυχόντος, ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ex tempore. ἐκ παντὸς, ſubauditur, τρόπου, omni pacto, quod etiam ſic dicitur, παντὸς τρόπου, ſubaudita præpoſitione ἐκ, uel ſic, κατὰ πάντα τρόπον,uel πάντα τρόπον,ἐκ προσαγωγῆς, fieri dicitur, quòd cum acceſsione fit ſenſim creſcente.

Hinc ἔλαττον ἐκ προσαγωγῆς, minus ac minus, quod etiam dicitur,κατὰ μικρὸν ἧττον,uel ſic,ἐπ' ἔλαττον, ἐφ' ἑξῆς, quemadmodum ἐπὶ πλέον ἐφεξῆς, & κατὰ μικρὸν ἐπὶ πλεῖον,ſignificat magis ac magis.

Capitur etiam hæc præpoſitio unà cum ſuo caſu aduerbij loco, ἐκ προνοίας, ἐκ προαιρέσεως, conſultò, ἐκ παλαιοῦ,olim. ἐκ πολλοῦ ἤδη iampridem. ἐκ τοῦ,propterea quod. ἐξ ὧν, propterea quod,eò quod. Quod ſoluitur quandoq; per Tmeſim,ἐκ μὲν ὧν, pro ἐξ ὧν μὲν. ἐκ γὰρ ὧν,pro ἐξ ὧν γάρ. ἐξ οὗ ὅτου, ἐξ ὅσου, poſtquam:in quibus ſubauditur, χρόνου,ſicut: ἐκ τούτου, ex hoc tempore.

## ΠΡΟ.

ΠΡΟ cum genitiuo, ante, ſiue pro: ſignificat enim locum & tempus: πρὸ θυρῶν, pro foribus. πρὸ ἔργου θρασὺς, ante negocium audax. πρὸ νίκης ἐγκώμιον, ante uictoriam encomion. πρὸ μυστηρίων, ante myſteria, πρὸ τῆς γενειάδος διδάσκεις τοὺς γέροντας, ante barbam doces ſenes. πρὸ δούλου δεσπότης, dominus præſtat ſeruo. πρὸ ἔργου, ſiue προὔργου, quod operæprecium eſt, præuertendumq́; conducibile: pro quo etiam capitur, πρὸ ὁδοῦ, quod ſignificat etiam promptum, & obuium. πρὸ ὀλίγου, paulò antè.

## ΠΡΟΣ.

ΠΡΟΣ cum genitiuo ſignificat, aut motum à perſona: πρὸς θεοῦ τ' ἀγαθὰ, à Deo bona.

Aut originem, πρὸς μητρὸς γένος, genus à matre.

Aut quantum pertinet, πρὸς τῶν θεῶν, καὶ ἀνθρώπων, quantum pertinet ad deos, aut ad homines. Quo modo Plautus: A morbo bene ualui, ab animo æger fui: pro, quantum ad morbum, quantum ad animum.

Aut officium, πρὸς ἡμῶν ἐστὶν, officij noſtri eſt. οὐ πρὸς ἰατροῦ τοῦτο ποιεῖν, non eſt medici hoc agere.

Aut coram, πρὸς γε θεῶν μακάρων, coram dijs beatis.

Aut refertur ad iuramentum, & ad obſecrationem: πρὸς θεῶν, per deos.

Habet etiam cum genitiuo peculiares quaſdam conſtructiones, quales ſunt hæ: πρός τρόπου ἐστί μοι, eſt mihi conueniens, eſt mihi conſentaneum. πρός τινος εἶναι, alicui ſtudere, fauere, & eum tueri. Sicut apud Ciceronem, à reo dicere, à cauſa bonorum ſtare. πρὸς κακοῦ ὄν, incommodũ. πρὸς κακοῦ γίνεται, nocet. πρὸς ἀγαθοῦ, id eſt, ἀπ' ἀγαθοῦ.

Cum datiuo ſignificat prope, πρὸς τοῖς ποσίν, prope pedes.

Aut præterea, πρὸς τούτοις, ad hæc, præterea.

Aut apud, πρὸς τοῖς θεσμοθέταις, apud iudices.

Aut aſsiduitatem, πρὸς τούτῳ εἰμὶ, ſum deditus, ſiue occupatus in ea re. πρὸς λόγῳ ἐστὶν, meditatur, & occupatur in oratione. πρὸς αὐτῷ εἶναι, ſecum meditari.

Cum accuſatiuo ſignificat motum ad rem quampiam, maximè animatam, ut dictum eſt: πρὸς σε ἔρχομαι, ad te uenio.

Aut habitudinem, ſiue rationem: ὡς τὰ δύο πρὸς τέσσαρα, οὕτω καὶ τὰ τέσσαρα πρὸς ὀκτὼ, ſicut duo ad quatuor, ſic & quatuor ad octo.

Aut exemplum, οὐδὲν πρὸς τὴν χορδὴν, nihil ad fides. πρὸς ἔπος, πρὸς λόγον, ad rem quæ agitur, ad rem pertinens. ὄνος πρὸς αὐλον, aſinus ad tibiam.

Aut contra, μὴ πρὸς λέοντα δόρκας, ne caprea contra leonem. πρὸς κόρυκον, aduerſus Corycum πρὸς

κέντρα

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432170-p0088-3

κέντρα λακτίζειν, contra ſtimulos iactare calcem.

Aut inter, πρὸς ἡμᾶς φιλία, amicitia, quæ inter nos eſt.

Aut conuenit permutationibus, & compenſationibus: πρὸς ἀργύριον πωλεῖσθαι, uendi pecunia. βίον πρὸς κέρδη καταλλάττεσθαι, uitam uendere lucris.

Aut propter, πρὸς ὃν λέγω, propter quem dico. πρὸς χάριν, id eſt, τῆς χάριτος ἕνεκεν, propter gratiam.

Aut ſeruit comparationi, πρὸς ῥόδα ἀνεμώνη, cum roſa componitur Anemone. οὐδὲν πρὸς παρμένοντος ὑμ, nihil ſi conferatur Parmenonis ſui, quod Latini dicunt, præ illo.

Aut apud, πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, apud iudices.

Singularia ſunt illa, πρὸς αὐτὸν αὐτὸς, ſibi conuenienter. πρὸς τὸ δοκοῦν, prout uiſum fuerit. πρὸς τὸ προσῆκον, prout unicuique conueniens eſt. πρὸς ἔχθραν, inimico animo. πρὸς ὀργὴν, iracundè. πρὸς ἑαυτὸν, ſecum ipſe ſolus. πρὸς τὸ παρὸν, in præſenti. πρὸς δύναμιν, pro uiribus.

Πρὸς, πρὸς δὲ, πρὸς ἔτι, capiuntur loco aduerbiorum, præterea, amplius. εἴκοσι καὶ πρὸς, uiginti, & amplius. δώδεκα, καὶ πρὸς ἔτι, duodecim & amplius.

## ΣΥΝ.

ΣΥΝ ſemper cum datiuo, σὺν θεῷ, cum deo. σὺν

λόγῳ, cum ratione. σὺν θεῷ εἰρῆσθαι, dictum eſſe deo beneuolente, & fauente. σὺν θεοῖς, deorum pace, dijs exoratis. σὺν ἀσπίδι, σὺν δορί, cum haſta, cum ſcuto. ἅμα σὺν ναοῖς καὶ βωμοῖς, unà cum phanis & aris.

Litera initialis huius præpoſitionis Atticis uertitur in ξ, tam in compoſitione quàm in appoſitione. ξὺν enim pro σὺν habent. ἰλ. υ. καὶ ἦλθεν ἀργυρότοξος ἀρτέμιδι ξὺν, & uenit Apollo cum Diana, & ξύνοικος, pro σύνοικος, cohabitator.

## ΑΝΑ.

ΑΝΑ, ſemper cum accuſatiuo, ἀνὰ μέλαν αἷμα, per atrum ſanguinem.

Significat etiam diſtributionem, ἀνὰ πᾶν ἔτος, quotannis. ἀνὰ μέρος, partim. Lucæ 9. ἀνὰ δύο χιτῶνας, ſinguli duas tunicas.

Poëticè tamen cum datiuo ponitur, pro σὺν, ut χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, cum aureo ſceptro.

## ΚΑΤΑ.

ΚΑΤΑ cum genitiuo ſignificat contra, aduerſus. μὴ κατὰ βοὸς εὔχου, ne cōtra bouem opta οὐ κατὰ θύρας, haud contra oſtium, id eſt, non propriè ad rem. κατ᾽ αἰσχίνου λόγος, in AEſchinem oratio.

Aut ſuper, κατὰ πετρῶν σπείρεις, ſuper ſaxa ſeminas. κατὰ γῆς κάθημαι, ſuper terram ſedeo.

Aut de, ab, κατὰ νώτου, à tergo. κατὰ παντὸς εἰπεῖν, de omnibus, hoc eſt, in uniuerſum dicere.

Poëti-

Poëticè uerò pro ab, κατ᾽ ὀλύμποιο καρήνων, ab Olympi uerticibus.

Cum accuſatiuo ſignificat ſecundum, κατὰ μοῖραν, ſecundum fatum, hoc eſt, ritè ut decuit. κατὰ νικόστρατον, ſecundum Nicoſtratum, ſiue more Nicoſtrati. κατὰ λόγον, ſecundum rationem, hoc eſt, probabiliter, & meritò. καθ᾽ ἀυτὸν μέρος, ſecundum ſuam partem, hoc eſt, quantum in ſe fuit. κατὰ νοῦν προχωρεῖ, ſecundum mentem procedit.

Secundum hanc ſignificationem dicitur breuitatis cauſa, κατὰ τὸ ἐμὴν, pro mea quidem ſententia. καθ᾽ ὅ, ſecundum quod, cuius cauſa, ob quod.

Aut ſignificat circa, aut in aliquo: καθ᾽ ἕν, in uno, in aliquo. οὐδὲ καθ᾽ ἕν, in nullo. κατὰ ναῦν, circa nauem. κατὰ ῥοῦν, in fluxu, hoc eſt, ſecundo æſtu. κατὰ πρόσωπον, in faciem, coram, in conſpectu omnium. κατὰ στόμα, in initio, metaphoricè. κατὰ τὰ ἀυτὰ, eodem modo. κατ᾽ ἀυτὸ, eodem tempore. Inde & καθ᾽ ἑαυτὸν dicitur, ſecum ipſe ſolus κατ᾽ ἐμὲ, pro eo, quod Latini dicunt, è uiribus meis, pro meis facultatibus.

Aut ſignificant tempus, καθ᾽ ἡμᾶς γέγονεν, noſtris temporibus factum eſt.

Aut quod Latinis ſignificāt aduerbia in im, κατ᾽ ἔτος, annuatim, ſiue quotannis. κατ᾽ ἄμφω, utrinque. κατ᾽ ἄνδρα, uiritim. κατ᾽ ὀλίγον, paulatim. Sic Luc. 8 κατὰ πόλιν καὶ κώμην, oppidatim, caſtellatim, id eſt,

per ſingulas ciuitates & caſtella. κατὰ μέρος, uiciſſim, ſigillatim. καθ᾽ ἕνα, ſinguli.

Dicitur etiam cum accuſatiuo, κατὰ θεόν, pro diuinitùs, inſtinctu diuino, deo uolente, & fauēte. κατὰ τύχην, κατὰ δαίμονα, pro forte fortuna.

ΔΙΑ.

ΔΙΑ cum genitiuo, ſignificat per, διὰ παλαιᾶς ἡμέρας, per antiquum diem. διὰ πυρὸς καὶ μαχαιρῶν, per ignem & enſes. ὗς διὰ ῥόδων, ſus per roſas. διὰ τοίχου λαλεῖν, per parietem loqui.

Dicunt etiam λέγειν διὰ πλειόνων, διὰ βραχιόνων, διὰ βραχέων, pro multis & paucis dicere. Et διὰ μακροῦ, διὰ πολλοῦ, διὰ χρόνου, pro longo interuallo, diu multò pòſt. Et διὰ τιμῆς ἄγειν, in honore habere. διὰ αἰδοῦς ἄγειν, uenerari, ueneratione dignari. διὰ μνήμης ἄγειν, memoriam alicuius ſcriptis mandare, & monumentis. Et διὰ τρίτης, tertio die. διὰ τρίτης ἡμέρας, tertio quoque die. διὰ βίου, per totam uitam. διὰ τέλους, continuè, aſſiduè. διὰ μιᾶς γνώμης γινόμενοι, uno animo conſentientes. διὰ δοράτων μάχεσθαι, eminùs pugnare.

Cum accuſatiuo ſignificat propter, διὰ σὲ ταῦτα ποιῶ, propter te hæc facio.

Dicunt etiam, διὰ ἐμέ γε, quantum in me eſt. Homerus tamen etiam cum accuſatiuo profert interdum, διὰ, ſignificans per medium. διὰ τ᾽ ἔντεα, καὶ μέλαν

αἷμα

αἷμα, per arma & atrum ſanguinem.

## M E T A.

ΜΕΤΑ cum genitiuo, ſignificat cum, ἡδὺς μετὰ φίλων ὁ βίος, ſuauis cum amicis uita.

Illud autem, μετὰ τριτάτοισι ἄνασσε, cum tertijs imperauit, poëticum eſt.

Cum accuſatiuo ſignificat poſt. μετὰ τὴν ἑορτήν, poſt feſtum, μετὰ πόλεμον ἡ συμμαχία, poſt bellum auxilium.

Vſurpatur etiam quandoq; pro ἐν, uel διά, μετὰ χεῖρας εἶχεν, in manibus habuit.

## Π Α Ρ Α.

ΠΑΡΑ cum genitiuo, ſignificat motum à perſona, παρὰ θεοῦ τὰ ἀγαθὰ, à deo bona. παρ' ἐμοῦ δοῦναι, de meo, ſiue de mea pecunia dare. Siquidem ἀπὸ & ἐξ motui qui eſt à loco, maximè ſunt peculiares, παρὰ uerò & πρὸς motui à perſona.

Cum datiuo, apud, prope. παρ' ἐντέροις ὁ κύων, iuxta inteſtina canis. παρὰ σοί, in te eſt ſitum, penes te eſt. παρ' ἐμοί, apud me.

Et cõſtruitur plerunq; datiuo, ſignificãte rẽ animatã.

Vbi uerò fit ſermo de re inanimata, iungitur accuſatiuo in eodem ſenſu. παρὰ θάλασσαν καθιδοῦμαι, iuxta mare ſedebo.

Cum accuſatiuo etiam ſignificat ad, παρὰ σὲ ἔρχομαι, ad te uenio.

Aut propter, παρὰ τί, propter quid, unde, quamobrem. παρὰ τὸ ἀδικεῖν ἡ τιμωρία, propter iniuriam ſupplicium.

Aut præter, παρὰ τὸ μέλος, præter, ſeu extra cantionem, hoc eſt, ineptè. παρὰ γνώμην συμβαίνει, præter opinionem accidit. παρ' ἕνα, præter unum, hoc eſt, uno minus, ut παρ' ἕνα τοσοῦτοι, uno dempto totidem.

Aut relationem, τὴν πορφύραν παρὰ πορφύραν, purpuram iuxta purpuram. παρ' ἄλλους ἄτιμός ἐστιν, præ cæteris uilis eſt.

Aut ſuprà, ſiue ultrà, ὡραῖος παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, ſpecioſus ſupra filios hominum. Hoc modo Hieronymus ſecundo aduerſus Iouinianum libro, uertit illud ad Romanos 14. ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, alius iudicat diem pluſquã diem, hoc eſt, unum ſupra alium.

Aut ſignificat intermiſsionem. Sic diuus Auguſtinus in quæſtionibus epiſtolæ ad Romanos, interpretatur dictum locum ad Romanos decimo quarto: ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν, παρ' ἡμέραν, alius quidem iudicat alternos dies.

Sic ἔτος παρ' ἔτος, alternis annis. μῆνα παρὰ μῆνα, alternis menſibus.

Poteſt etiam dici hoc modo, παρ' ἡμέραν, παρ' ἔτος, παρὰ μῆνα, alternis diebus, alternis annis, alternis menſibus. παρὰ μέρος, uiciſsim, alternis uicibus.

Cui

Cui poteſt etiam addi nomen numerale, παρὰ μίαν ἡμέραν, alternis diebus. παρ' ἡμέρας πέντε, quinto quoq; die. παρ' ἡμέρας ἑπτά, ſeptimo quoq; die, & ſic de alijs.

Poteſt inſuper dici, παρὰ τρίτην ἡμέραν, tertio quoque die, hoc eſt, dierum ſingulorum interuallo. παρὰ τετάρτην ἡμέραν, quarto quoq; die, & ita ulterius.

Neq; de tempore tantùm utuntur hoc modo loquendi, ſed etiam alijs de rebus interiectis, παρὰ πληγὴν, ſiue πληγὴν παρὰ πληγὴν ἑκατέρῳ ἐντρίψω, alternas plagas incutiam, hoc eſt, utrunque uiciſsim cædam, παρ' ἕνα, uel ἕνα, παρ' ἕνα, χορεύονται, alternatim choreas ducunt. Inde dicuntur παρενιαυτόφορα, quæ alternis annis fructus ferunt.

Quandoque importat tempus idem, παρὰ τὸ δεῖπνον, tempore cœnæ. παρὰ τὸν πλοῦν, inter nauigandum. παρ' αὐτὰ τὰ ἀδικήματα, protinus admiſsis delictis. Quod iuriſperiti dicunt, adhuc flagrantibus delictis. παρ' αὐτὸν τὸν καιρόν, in re præſenti, in præſens, in præſentiarum. παρὰ τοὺς καιροὺς ἑκάστους, uno quoque tempore. παρὰ πάντα χρόνον, omni tempore. παρ' ὅλον τὸν βίον, per totam uitam, à toto tempore uitæ. Hinc fit παραυτίκα, & παραυτὰ, & παραυτόθεν, iam inde, ex illa hora.

Quandoque ſignificat contrà, οὐδὲν παρὰ τὸν θεοῦ ὁ δίκαιος πράττεται, nihil contra legem Dei agit iuſtus.

Aut poſt, παρὰ τὰ δεινὰ φρονιμώτερος, poſt mala prudentior.

Dicitur etiam aduerbialiter παρ' οὐδὲν παρὰ μικρὸν, fermè, pro nihilo. παρ' ὅσον, uel παρ' ὅσα, quatenus, quoniam. Pro quo etiam quandoque capitur παρ' ὅ.

Item παρὰ πολὺ, nunc capitur pro multo, ſeu plurimo, nunc pro modico, ſicut παρὰ πολὺ dicatur quaſi ἐκτὸς πολλοῦ, ut παρὰ πολὺ τῆς ἐλπίδος ἐποίησα, minus quàm ſpes erat feci.

Sic παρὰ τοσοῦτον, modò capitur pro tantùm, ſiue tam multùm, modò pro tantulùm, ſiue tam parùm.

ANTI.

ANTI ſemper conſtruitur genitiuis, & ſignificat, pro, ſeu contra. ἀντὶ σοῦ, contra, ſeu pro te. ἀντὶ σώματος σκιὰ, pro corpore umbra ἀντὶ λέοντος μῦν, pro leone murē. ἀντὶ κυνὸς σῦν, pro cane ſuem. ἀνθ' ἑρμιόνου, Hermionis uice. Dicunt etiam ἀνθ' ἡμέρας, per totum diem.

Aduerbialiter etiam dicunt, ἀνθ' ὧν, quamobrem, quare.

Significat etiam, eô quòd, propterea quòd. Lucian. ἀπόδος ἀνθ' ὧν σε διεπορθμευσάμην, redde pro eo, quòd te tranſuexi. ἀνθ' ὅτου, idem eſt quod ἀνθ' ὧν, licet habeat uocem ſingularem. οὐκ οἶδ' ἀνθ' ὅτου, neſcio quamobrem, ſicut Latinis pro eodem ſumuntur,

quam-

*quamobrem, & quas ob res, licèt unum habeat uocem ſingularem, alterum pluralem.*

## ΕΠΙ.

ΕΠΙ *cum genitiuo, in, uel circa:* βοῦς ἐπὶ γλώττης, *bos in lingua.* ἐπὶ καλάμης ἀροῦν, *in culmo arare.* ἐπὶ ῥιπὸς διαπλεῦσαι, *in uimine nauigare.* ἐφ᾽ ἑαυτοῦ, *ſecum ipſe ſolus.*

*Aut ſuper,* ἐπὶ καθέδρας μωσέως, *ſuper cathedram Moſeos.* ἐπὶ βύρσης ἐκαθέζετο, *ſuper tergus bouis deſidebat.* ἐπὶ ἄκρων δακτύλων, *ſuper ſummos pedum articulos.*

*Aut tempus,* ἐφ᾽ ἡμῶν, καὶ ἐπὶ τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων, *temporibus noſtris, & temporibus maiorũ noſtrorum.* ἐπὶ τοῦ κρόνου, *temporibus Saturni.*

*Capitur etiam aduerbialiter,* ἐπ᾽ ἄλλων, *aliâs.*

*Cum datiuo ſignificat propter,* ἐπὶ τούτοις, *ob hæc, uel inter hæc.* ἐπὶ οὐδενὶ, *propter nullum fructum,* ἐπὶ τῷ βασιλεῖ τὰ τῶν ὑπηκόων, *in arbitrio regis ſunt res ſubditorum.*

*Aut poſt,* ἐπὶ τούτοις πολλ᾽ ἕτερα διεξῄει, *poſt hæc multa alia narrabat.*

*Aut ſuper,* ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων, καὶ προφητῶν, *ædificati ſuper fundamentum apoſtolorum & prophetarum.*

*Aut in,* ἐπὶ γνάθοις βοῦν φέρει, *in faucibus bouem portat.* βοῦς ἐπὶ σωρῷ, *bos in aceruo,* βοῦς ἐπὶ φάτ-

νῃ

φνῇ, bos in præſepi, ἐπὶ ἤματι, intra unum diem.

Aut modum, ἐπὶ ῥητοῖς, certis conditionibus, legibusq́; ἐπὶ ἴσῃ, καὶ ὁμοίᾳ, uel ἐπὶ τοῖς ἴσοις, καὶ ὁμοίοις, æquali utrinq; conditione.

Dicitur etiam aduerbialiter, ἐπ᾽ ἀριστερᾶ, ſiniſtrorſum.

Cum accuſatiuo ſignificat motum ad aliquid, ἐπὶ ἴδιον ἐξέραμα, ὁ κύων, canis ad proprium uomitum. ἐπὶ ὄνους, ad aſinos, ἐπὶ πῦρ δαλός, ad ignem titio.

Secundum hanc formam dicitur etiam ἐπὶ ἐξουσίαν ποιεῖν, ad dignitatem & autoritatem, & potentiam promouere, ἐπὶ ἐξουσίαν καθίστασθαι, in potentiam & autoritatem conſtituere. ἐπὶ τὴν ἑστίαν καθίζεσθαι, in aram ſedere.

Cæterùm cum genitiuo hoc idem quandoque ſignificat, nam ἐπὶ τοῦ οἴκου, in domum. ἐπὶ τῆς χώρας, in regionem, rectè quidem, & Atticè dicitur, uerùm non admodum uſitatè.

Dicitur etiam aduerbialiter cum ſuo caſu, ἐπὶ τὸ πλεῖστον, plerunque, plurimùm. ἐπὶ τὸ πολύ, magna ex parte. ἐπὶ χρόνον, aliquandiu. ἐπὶ ὀλίγον, paucis, pauxillum. ἐφ᾽ ὅσον, pro quo Atticè dicitur, ἐφ᾽ ὅσα, quatenus, inquantum. ἐφ᾽ ὅ, ſecundum quod, cuius cauſa, ob quod. ἐφ᾽ ᾧ, quamobrem.

Et uariã ſortitur conſtructionẽ. Conſtruitur enim cũ indicatiuo in præterito. ἐφ᾽ ᾧ ἔγραψεν, quare ſcripſit.

In

In futuro, ἐφ᾽ ᾧ τοὺς ἄνδρας κομιοῦνται, eò ut uiros accipiat.

Et cum infinitiuo in præſenti & in præterito, ἐφ᾽ ᾧ μεμνῆσθαι, pro ἐπὶ τῷ μεμνῆσθαι, uel ἕνεκα τοῦ μεμνῆσθαι. Pro quo etiam dicitur ἐφ᾽ ᾧτε abundante τε, more Ionico. Iones enim ἐφ᾽ ᾧτε dicunt.

Et in futuro, ἐφ᾽ ᾧ βοηθήσειν, eò ut ferat auxilium.

Pro ἐφ᾽ ᾧ, etiam dicitur ἐφ᾽ ᾧτῳ, μηδὲν ἔχεις ἐφ᾽ ὅτῳ μὲ τοῦτο ποιήσεις, cauſæ nihil eſt cur in me hoc committas. ἐφ᾽ οἷς, in eo quod, pro eo quod, ἐφ᾽ οἷς τοῦτ᾽ ἐποίησας, ἐγενήσω φίλος, in eo, uel pro eo quòd hoc feciſti, factus es amicus.

Iungitur etiam aduerbio. Actorum 10. ἐγένετο ἐπὶ τρὶς, factum eſt ter.

ΠΕΡΙ cum genitiuo.

ΠΕΡΙ cum genitiuo ſignificat de, uel pro, περὶ τῶν κρεῶν λαγὼς, de carnibus lepus. περὶ πατρᾶς ἀμύνεσθαι, pro patria pugnare. λαλεῖν περὶ ἀλληλοκληρονομίας, loqui de inſtitutione, quæ inter aliquos ſic conuenit, ut prior decedens alterum relinquat hæredem. περὶ ἀλλήλων, de ſe inuicem. Illud uerò, περὶ τοῦ δεδοικέναι, de aliquo metuiſſe, priuati iuris eſt.

Conſtruitur peculiariter cum genitiuo, unà cum hoc uerbo ποιῶ, περὶ πλείονος σὲ ποιῶ ἐκείνου, pluris te facio quàm illum. περὶ πολλοῦ ἂν ποιησαίμην,

magni-

*magni facerem* περὶ ἐλάττονος σὲ ποιεῖ ἐκείνου, *contemnit te præ illo.* περὶ ὀλίγου ποιεῖσθαι, *parui facere.* περὶ πλείστου ποιεῖσθαι ἁπάντων, *omnium maximi facere.* περὶ οὐδενὸς ποιεῖσθαι, *nihili facere.*

*Quod etiam fit cum uerbo ſubſtantiuo,* περὶ πολλοῦ ἡμῖν τυγχάνει ὤν, *magni fit apud nos.*

*Quandoque etiam fit cum alijs quibuſdam uerbis,* περὶ οὐδενὸς ἡγοῦντο, *pro nihilo ducebant.*

*Cum accuſatiuo ſignificat circum, iuxta:* περὶ ἅλα, καὶ κύαμον, *circa ſalem & fabam.* περὶ θύρας, *circa fores,* περὶ ὅ, *quocirca.*

*Verùm illa,* περὶ δουρί, περὶ πύργῳ, *circum haſtam, circum turrim, poëtica ſunt.*

ΑΜΦΙ.

ΑΜΦΙ *conſtruitur eiſdem caſibus, quibus* περὶ, & *idem quod* περὶ *ſignificat. Dicitur tamē,* ἀμφ' αὐτοῦ, *pro illo, ſiue illius cauſa.*

ΑΠΟ.

ΑΠΟ *ſemper cum genitiuo,* ἀπὸ σκοπιᾶς, *è ſpecula.* ἀπὸ κώπης, *à remo.* ἀπὸ δὶς ἑπτὰ κυμάτων, *à bis ſeptem undis.* ἀπὸ θήρας λύκου, *à uenatu lupi.* ἀπὸ βαλβίδων, *à repagulis.* ἀπὸ στόματος εἰπεῖν, ἀπὸ γλώττης εἰπεῖν, *memoriter recitare.* ἀπὸ τῆς ἴσης δυνάμεως, *ex æquis uiribus.*

*Quandoque habet uim aduerbij huius* ἄποθεν, *procul.*

*Hinc*

Hinc fit quod dicitur, ἀπ' ὄυατος, procul ab auribus. ἀπὸ τοῦ σκοποῦ, præter propoſitum, præter intentionem, & conſilium. ἀπὸ τρόπου, alienum ab honeſtis moribus: huic opponitur πρὸ τρόπου, quemadmodum Latinis, è re, opponitur illi, ab re. ἀπὸ καιροῦ, intempeſtiuum.

Dicunt etiam loco aduerbij, ἀφ' ὧν, propterea. ἀφ' ὧν ἔπραττον οὗτοι, id eſt, διὰ τὰ τούτοις πεπραγμένα. ἀπ' ἄρτι, poſt hoc, ex hoc tempore. ἀπ' ἐκείνου, iam, tum, ex illo tempore. ἀπὸ μέρους, aliquantulum, ex parte. ἀπὸ τότε, ex eo tempore. ἀπὸ ταυτομάτου, fortuito.

## ΥΠΟ.

ΥΠΟ cum genitiuo ſignificat ſub, ὑπὸ κόλπου τὰς χεῖρας ἔχειν, ſub ſinu manum habere.

Aut propter, οὐδ' ὑπὸ πενίας εὐεργετῶ, neque bene facio propter paupertatem.

## ΥΠΟ cum datiuo.

ΥΠΟ cum datiuo etiam ſignificat ſub, ποιεῖσθαι ὑφ' ἑαυτῷ, uel ποιεῖσθαι ὑφ' ἑαυτὸν, in poteſtatem ſuam redigere, poteſtatis ſuæ facere.

## ΥΠΕΡ cum genitiuo.

ΥΠΕΡ cum genitiuo ſignificat ſuper, de: ὑπὲρ σκιᾶς ὄνου, de aſini umbra.

Dicunt etiam, ὑπὲρ ἡμῶν, è re noſtra.

Aut ſupra, ὑπὲρ καπνοῦ, ſupra fumum.

Aut

Aut pro, ὑπὲρ κτησιφῶντος ὁ λόγος pro Cteſiphonte oratio. ὑπὲρ τοῦ φίλου κινδυνεύω, pro amico periclitor.

Quod idem nonnunquam etiam ſignificat cum datiuo poëticè, ὑπὲρ τῷ φίλῳ κινδυνεύω.

Nonnunquam etiam capitur pro contra. Sic Homerus, ὑπὲρ σέθεν, pro κατὰ σοῦ dixit.

Cum accuſatiuo.

Cum accuſatiuo, plùs, ultrà, & omninò exceſſum ſignificat: ὑπὲρ λόγον, ſuprà quàm dici poſſet. τὰ ὑπὲρ ὑμᾶς, ea quæ ſunt ſupra nos. ὑπὲρ κατάλογον, ſupra catalogum, id eſt, eximius, ὑπὲρ τὴν πήραν φρονεῖν, ultra peram ſapere,

Capitur etiam aduerbialiter cum ſuo caſu, ὑπὲρ ὧν, idcirco.

Appendix.

Præpoſitiones ſæpè ſubaudiuntur Græcis, ὧν ἔπαθεν ὀργὴν ἔχει, id eſt, ὑπὲρ ὧν, iraſcitur pro his, quæ paſſus eſt. μηδὲν αὐτῶν καταθεὶς, pro μηδὲν ὑπὲρ αὐτῶν ἐκτίσας. σὴν χάριν λέγω, pro πρὸς σὴν χάριν, tua cauſa dico.

Similiter ubicunq; δυοῖν θάτερον ponitur in oratione, ut μὴ αἴτει μεγάλα, ἵνα δυοῖν θάτερον, ἢ τυγχάνων λύπης, ἢ μὴ τυγχάνων λυπῇ, ſubauditur κατὰ, uel διὰ δυοῖν θάτερον, ac ſi diceret, ne per alterū horum, aut aſſecutus, & cætera.

*Præpoſitiones uerbis compoſitæ propriam etiam ſeruantes ſignificationem, eundem caſum, quem extra cõpoſitionem poſtulant:* κατηγορῶ σοῦ, *accuſo te, quia* κατὰ σοῦ *dicitur.* ἀφίστημί σου, *abſiſto, ſiue deficio abs te, quia* ἀπὸ σοῦ *dicitur.*

*Præter poſſeßiua & acquiſitiua,* ἐμφοροῦμαι, ἐντρυφῶ, περιαπολαύω σου, *fruor te.* περιτίθημι σοι, *circumpono tibi.*

*Item* κατὰ *compoſita etiam intendit cum caſu uerbi,* κατεσθίει πάντα, *deuorat omnia.* κατεῖπέ μοι, *enarrauit mihi. Et ſic deſtituitur à proprietate præpoſitiua. Habet autem ſe ad modum præpoſitionis, cum dicitur,* κατειπεῖν ἑτέρου, *contra alterum dicere, quòd tunc iungatur cum genitiuo, quem etiam præpoſitio poſtulat. Celebre eſt poëtis præpoſitiones compoſitas diſſoluere, per alterius dictionis Epentheſim,* κατὰ γαῖα κάλυψε, *pro* γαῖα κατεκάλυψε. ἐκ δ᾽ ἐγέλασσα, *pro* ἐξεγέλασσα δὲ, ἐξ ἔρον ἕντο, *pro* ἐξέντο ἔρον.

*Interdum plures dictiones intercedunt,* οἱ κατὰ βοῦς ὑπερίονος ἠελίοιο ἤσθιον, *pro* κατήσθιον.

*Sæpè etiam componunt eas cum dictionibus, à quibus reſoluendæ ſunt,* ἰθάκην καταკοιρανέουσι, *pro* κοιρανέουσι κατὰ ἰθάκην.

## DE PRAEPOSITIONVM *inuerſione.*

INuertuntur præpoſitiones monoſyllabæ quidem in fine carminum. Oδυσσ. δ. οὔμ μὲν τοι κακὸς εἴδεται οὐδὲ κακῶν ἔξ. non tamen malus uidetur, neq; ex malis. Ιλιαδ. υ. καὶ ἦλθεν ἀργυρότοξος ἀρτέμιδι ξύν, & uenit Apollo cum Diana.

Diſſyllabæ uerò & in oratione ſoluta inuertuntur, & in carmine, tono acuto poſito ſuprà penultimam, præter διά & ἀνά. Idq; ne coincidant, hæc quidem cum uocatiuo, ὦ ἄνα, ô rex: illa uerò cum accuſatiuo, Δία, Iouem.

Cæterùm trium temporum diſſyllabæ, hoc eſt, quæ conſtant altera longa, & altera breui, non inuertuntur: uelut ἀντὶ, ἀμφὶ: quemadmodum neque in quibus ι redundat, ut καταὶ, παραὶ, ὑπεὶρ, tanquam factæ trium temporum.

Porrò ἐν quando aſſumit ι, & fit ἐνὶ, inuertitur more diſſyllabarum, Ιλιαδ. α. ἡμετέρῳ ἔνι οἴκῳ, ædibus in noſtris. Et ᾧ ἔνι κούρη κοιμᾶται, quo in loco puella cubat. Si inter duo nomina, alterum proprium, alterum appellatiuum, uel adiectiuum ſit præpoſitio, hanc inuerti neceſſe eſt, ut ante totam conſtruatur orationem. ποταμοῦ ἄπο σελλήεντος, fluuio è Selleente. ξάνθῳ ἔπι δινήεντι, Xantho in uerticoſo.

Si uerò præpoſitio ſit inter nomen & uerbum, ſeu participium, poterit ſecundum diuerſam ſententiam & conſtructionem inuerti, & non inuerti: ut ἰθάκην κατακοι-

τακοιρανέουσι. Si enim κατὰ referatur ad ἰθάκην ſignificans locum, inuertitur hoc modo: ἰθάκην κάτα κοιρανέουσι, iuxta Ithacam dominantur. Si uerò referatur ad uerbum κοιρανέουσι, ut illi maiorem addat emphaſim, non inuertetur.

Simile eſt in hoc, ἔυρε δὲ πάτροκλῳ περικείμενον. Quod poteſt etiam ſic legi, ἔυρε δὲ πατρόκλῳ πέρικείμενον. Ad hunc autem modum fit, ſi inter propria duo, uel appellatiua cadat præpoſitio, coniunctione ipſam ſequente, νηῶν ἄπο, καὶ κλισιάων, nauibus ab, atq; tentorijs. ἀγαμέμνονος πέρι, καὶ ἀχιλλέως, Agamemnone de, atq; Achille.

Item, ſi media inciderit, nullaq; alia orationis pars interueniat, modò poſtponatur dictioni quam debebat præcedere, inuertitur. ᾧ ἔπι πολλ᾽ ἐμόγησα, quo in loco multùm laboraui. θεῶν ἄπο μήδεα, εἰδὼς, à dijs conſilia ſciens.

Si uerò inter præpoſitionem, & uerbum, uel nomen ad quod pertinet præpoſitio, intercedat alia pars orationis, non reflectitur: τῷδ᾽ ἐπὶ τυδείδης ὦρτο, hunc autem Tydides inuaſit. Intercedit enim coniunctio δὲ, idq; niſi ſit in fine ſententiæ, tunc enim inuertitur, etiam ſi quicquam interueniat: πάντων ἔπτυσε πολὺ κάτα, omnes autem excreauit multum contra.

Quæ uerò patiuntur eliſionem uocalis, non reflectuntur, niſi punctum ſubſequatur, aut ſignificatum

 corrum-

corrumpatur non conuerſæ. ἰλιάδ. τ. σεῦτο γὰρ ἡφαίστοιο πὰρ οἰσέμεν ὅπλα, ſtatuebat enim à Vulcano ferre arma.

Vnde poëtæ poſt præpoſitionem quandoq; punctum faciunt: oratores uerò non, præterquàm in præpoſitione πρὸς: hanc enim ſolam ante punctum locant, ut in hoc, καὶ μικρόν τι πρὸς & ad paruum quippiam.

## SYNTAXIS aduerbiorum.

ADuerbia ſi poſt ſe caſum habent, conſtruuntur cum genitiuo, μάλιστα πάντων, maximè omnium. λάθρα τῶν ἄλλων, clàm alijs. χωρὶς τῶν ἄλλων, abſq; alijs. ἅπαξ ἢ δὶς τῆς ἡμέρας ſemel aut bis in die. χάριν ἐκείνου, ἕνεκα ἐκείνου quantum ad illum attinet. πότε τοῦ χρόνου; quo tempore? φεῦ κακῶν, heu mala.

Exceptis aduerbijs congregandi, quæ datiuo adhærent. ἅμα τοῖς ἄλλοις, unà cum alijs. ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις, ſimul cum alijs.

Et iurandi, quæ accuſatiuo: νὴ Δί' οὐκ εἶπον, & μὰ Δί' οὐκ εἶπον, per Iouem non dixi. Quæ hoc inter ſeſe differunt, quòd νὴ per ſe ſignificat affirmationem, μὰ uerò negationem. μὰ Δία non per Iouem. νὴ Δία, ita per Iouem. Et νὴ Δί' ἀλλὰ, ualet; at ſiue, at, enim.

Et de-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432170-p0106-4

Et deriuatiuis, quæ primitiuorum ſtructuram ſequuntur. ἄξιος λόγου, dignus ratione. Sic ἀξίως λόγου, dignè ratione, καταφρονῶ τῶν εὐτελεστέρων, contemno abiectiores. Sic καταφρονητικῶς τῶν εὐτελεστέρων, contemptibiliter abiectiorum. ὅμοιος τοῖς ἄλλοις, ſimilis alijs. Sic ὁμοίως τοῖς ἄλλοις, ſimiliter alijs. καταβεβλημένος τῆς γνώμης, uel τὴν γνώμην, abiectus animo. Sic καταβεβλημένως τῆς γνώμης, uel τὴν γνώμην, abiectè animo.

Exceptis etiam aduerbijs exclamādi, quibus competit conſtructio huiuſmodi ὤ acutitonū iungitur nominatiuo. ὤ λόγος, ὤ φρένες, ὤ συνέσεις, ὤ ἐπιχειρήματα, uerba ſunt admirantis orationem Libanij.

Conſtruitur etiam cum genitiuo, ὤ θαύματος, ô rei miraculum.

Cui quandoque ſubijcitur accuſatiuus, ὤ θαύματος τὴν παρθένον τίκτουσαν τὸν θεόν, ô rei miraculum, uirginem parientem deum. Sicut etiā Latini dicūt, ô dij immortales, rem miſeram & calamitoſam.

Interdum ſine caſu conſtruitur, ὤ πῶς ἀδακρυτὶ τὴν τούτων οἴσω ἔγκω τὴν μνήμην. Sic Vergilius: O cohibete iras. Et, O quæ iam ſatis ima dehiſcat Terra mihi. ὦ circumflexum cum uocatiuo, ὦ ἄπολλον, ô Apollo.

Vtuntur Græci in inuocationibus genitiuo & uocatiuo eo loco, quo Latini accuſatiuo & uocatiuo: ὦ



51

Ἄπολλον εὐδαιμονίας ὑπερβολῆς, O Apollo magnam felicitatem. Quem uocatiuum mutant interdum in genitiuum, præcedente præpoſitione πρὸς, ὦ πρὸς τῶν θεῶν τῆς συμφορᾶς, ô dij rem calamitoſam. φεῦ cum genitiuo. φεῦ τῆς ἀτιμίας, heu ignominiam. οἴμοι, recto & genitiuo. Recto, οἴμοι κακοδαίμων, ὡς ἀπόλωλα, hei infelix, ut perij. Genitiuo, Lucianus, οἴμοι τῶν ἀγρῶν, uerba ſunt deplorantis agros perditos.

Ponitur etiam ſine caſu, οἴμοι, hei mihi.

Loco exclamantis ponitur nonnunquam ſolus genitiuus, ut dictum eſt ſuperiùs.

## ΑΡΤΙ.

Ἄρτι conſtruitur omnibus temporibus, dempto futuro. ἄρτι ποιῶ, ἐποίουν, ἐποίησα, πεποίηκα, & cæt.

## Αὖθις & εἰσαεί.

Αὖθις & εἰσαεὶ adſciſcunt futurũ: εἰσαεὶ ἔσται κίνησις, ſemper erit motus. αὖθις διδάξω, rurſus docebo.

## Αὐτίκα.

αὐτίκα conſtruitur omnibus temporibus, dempto futuro.

## ΕΩΣ.

ἕως quamdiu, gaudet indicatiuo: ἕως ἔζη, quamdiu uiuebat.

Et coniunctiuo, ἕως κρύπτηται, quamdiu occultetur, ἕως ἂν coniunctiuo, & ubi loquimur de re præterita, optatiuo. ἕως ἂν γένηται, quàm diu fiat. ἕως ἂν γένοιτο, quàm diu fieret.

Conſtruitur etiam ἕως, & ἕως ἂν infinitiuus. ἕως παρατείνεσθαι, donec porrigam.

ΜΕΧΡΙ.

Μέχρι & ἄχρι ad hunc ferè modum conſtruuntur cum cæteris orationis partibus. μέχρι παντὸς, ſine præfinitione temporis. Sicut διὰ παντός. μέχρι τινὸς quouſq;. μέχρι ζωῆς, per totam uitam. μέχρι πρὸς, uſq; ad. μέχρι πρὸς τὸ τέλος, uſq; ad finem. μέχρι πόῤῥω, diu. μέχρι πρώην, nuper primùm. μέχρις ἐνταῦθα, μέχρις τοῦδε, hactenus. μέχρις οὗ ἂν, quoad. μέχρι περ ἂν οὗ, quouſq;. μέχρις ἂν, & ἄχρις ἂν, quamdiu. μέχρι οὗ, & ἄχρι οὗ, quoad, quouſq;.

Et conſtruitur plerunque indicatiuo, μέχρι ποῦ, & ἄχρι ποῦ, uſquequo.

Præponitur infinitiuis, μέχρι τοῦ, uel ἄχρι τοῦ με ἐρυθριᾶν, uſquequo erubeſcerem.

ΝΥΝ.

Νῦν omnibus temporibus accommodatur, præter pluſquāperfecto, νῦν πειράσομαι, νῦν πειρᾶται, νῦν ἐξαπόλωλε, νῦν ἐπόνουν, νῦν ἐνίκησε.

Et non eſt inchoatiuum orationis, ſed ſemper coniunctioni δὲ coniungitur: ᾤμην ταῦτ᾽ ἐκεῖνον ἐρεῖν, νῦν δὲ οὐδὲν τούτων εἴρηκε.

ΗΔΗ.

Ἤδη, quando ſignificat tempus, ſolùm conſtruitur imperfecto: ἤδη ἔγραφον, & indefinito, ἤδη ἔγραψα.

 & pluſ-

& pluſquamperfecto, ἤδη ἐγεγράφειν.

ΠΑΛΑΙ.

Huic ſimilem conſtructionem habet aduerbium πάλαι.

ΟΤΕ & ΤΟΤΕ.

Ὅτε & Τότε cõſtruuntur omnibus temporibus, præterquam perfecto: ὅτε νοῶ, ὅτε ἐνόουν, ὅτε ἐνενοήκειν, ὅτε ἐνόησα, ὅτε νοήσω, ſed non ὅτε νενόηκα.

ΟΠΟΤΑΝ.

Ὁπόταν, cùm ſit ſermo de re præterita, iungitur optatiuo: τί γὰρ ἂν καὶ πάθοις, ὁπόταν οἱ θεοὶ βιάζοιντο; nam quid ageres cùm diuinitùs cogerêre.

ΣΗΜΕΡΟΝ.

Σήμερον, omnibus temporibus iungitur, præterquã pluſquamperfecto & futuro.

ΟΥΔΕΠΟΤΕ.

Οὐδέποτε, ſolùm conſtruitur præterito: τοῦτ᾽ οὐδέποτε ἐγένετο, hoc nunquam contigit.

ΠΡΙΝ.

Πρὶν, conſtruitur præterito indicatiui, πρὶν εἶπεν, priuſquam dixit.

Et infinitiuo, πρὶν εἰπεῖν, priuſquam diceret. Quod etiam fit intercedente ἤ. Matth. 1. πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, priuſquam ipſi conuenirent.

Quemadmodum interuenit ἂν, cùm additur coniunctiuo in re futura, aut optatiuo in re præterita: πρὶν

ἂν

ἂν γένηται, priuſquam fiat. πρὶν ἂν γένοιτο, priuſquam fieret.

Iungitur etiam πρὶν ἢ optatiuo, & coniunctiuo in re præterita, πρὶν ἢ γένοιτο, & πρὶν ἢ γένηται, priuſquam fieret.

Iungitur etiam in eodem ſenſu indicatiuo, πρὶν ἔλυσε, priuſquam abſolueret.

Quemadmodum nominibus τοῖος, τόσος, πηλίκος reſpondent, οἷος, ὅσος, ἡλίκος. Sic aduerbijs τῆμος, τότε, τέως, τηνίκα, τόφρα, reſpondent ἦμος, ὅτε, ἕως, ἡνίκα, ὄφρα Et in ſyntaxi ſeſe mutuò præcedunt, & ſequuntur, quemadmodum illa nomina. τόφρα δ' ἐπὶ τρώεσσι τίθει κράτος, ὄφρ' ἂν ἀχαιοὶ υἱὸν ἐμὸν τίσωσι, couſque Troianis uires adde, quouſque Græci filium honorent meum.

Localia.

Atticis aduerbiorum localium circunſtantiæ confunduntur, ita ut quæ ſignificant ad locum, ponantur pro ſignificantibus in loco, & contrà: ut ἔνδον pro εἴσω. ἔνδοθεν pro ἔνδον. Quo modo Vergilius: Eiectum littore egentem Suſcepi, dixit, pro eiectum ad littus. Aduerbijs de loco addunt nonnunquam præpoſitionem ἐξ, quanquam per ſe eam includant. Dicunt enim, ἐξ ἐμέθεν, pro ἐμέθεν. ἐξ οὐρανόθεν, pro οὐρανόθεν. Hoc fit ſecundum eum tropum, quo coniungunt æquiualentia, ſicut & τήμερον ἡμέραν, pro σήμερον,

 & βά-

& βάσκ' ἴθι, pro ἴθι.

Qualitatis.

Aduerbia qualitatis gaudent his uerbis: ἔχω, διάκειμαι, & ſimilibus. ἐνδεῶς ἔχω, indigeo. πονήρως ἔχω, uel διάκειμαι, malè affectus ſum.

Quibus addi poteſt genitiuus ſignificans id quod afficitur. οὕτως ἔχω γνώμης, ſic animo affectus ſum. πονήρως ἔχω τοῦ σώματος, malè affectus ſum corpore.

ΠΛΗΝ.

Exceptionis aduerbium πλὴν, quando conſtruitur cum genitiuo, ualet præter. πλὴν ἄλλων, præter alios. Sine genitiuo quandoque ſignificat præterquam. Lucianus de ſacrificijs: αἱ δὲ θυσίαι, καὶ παρ᾽ ἐκείνοις αἱ αὐταί, πλὴν ὅτι πενθοῦσι τὸ ἱερεῖον, ſacrificia apud illos ſunt eadem, præterquam quod hoſtiam lugeant. Quandoque uerùm, ueruntamen. Matth. 26. παρελθέτω ἀπ᾽ ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο, πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, tranſeat à me calix hic: ueruntamen non ut ego uolo. Quod idem nonnunquam ſignificat, ubi conſtruitur cum ἀλλά. Lucian. in Iudic. dearum: οὐκ ἐπὶ δώροις τὰ ὑμέτερα, πλὴν ἀλλ᾽ ἄπιθι, ueruntamen abi.

Nonnunquam etiam abundat in oratione, ueluti cũ πλὴν ἀλλ᾽ ἢ ponitur pro ἀλλ᾽ ἢ, & πλὴν εἰ μὴ, pro εἰ μὴ, ut Ariſtot. 1. Metaph. οὐ γὰρ ἄνθρωπον ὑγιάζει ὁ ἰατρεύων, πλὴν ἀλλ᾽ ἢ κατὰ συμβεβηκός, is qui medetur

detur non ſanat hominem, niſi per accidens. Sic etiam χωρὶς εἰ μὴ non plus ualet, quàm εἰ μή.

His contrarium eſt in aduerbio ſimilitudinis οὕτω, quod frequenter non expreſſum ſubauditur: ut Matthæi ſexto: γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, pro οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, fiat uoluntas tua quemadmodum in cœlo ita & in terra. Et Ioannis 20. καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατὴρ, κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς, pro καὶ οὕτως ἐγὼ πέμπω ὑμᾶς, quemadmodum miſit me pater, ita etiam ego mitto uos.

Dicitur etiam οὕτως ὄναιο, quod eſt benè precantis, ſicut Latinis, mactè uirtute.

Ω Σ.

ὡς præponitur ſuperlatiuis, ὡς λαμπρότατον, quàm ſplendidiſsimum. ὡς τάχιστα, ſimul ut.

Quod etiam fit intercedente ὅτι, ὡς ὅτι λευκότατον, perquàm candidum.

Quandoque etiam poſtponitur, & tum ſignificat λίαν, ὑπερφυῶς μὲν οὖν ἔφη, ὡς βούλομαι, magnoperè, inquit, cupio. θαυμασίως ὡς ἄθλιος γέγονε, mirum in modum miſer factus eſt. θαυμαστῶς ὡς ἐπεθύμησα, mirum in modum petij.

In quo etiam ſignificato nonnunquam præponitur, ὡς ἀληθῶς, quàm uerè. ὡς ἑτέρως, longè aliter.

Si uerò præponatur infinitiuo, ualet ὥστε, οὕτως.

ὥστε

ὅϛιν ἀπαίδευτ☉ς, ὥς μηδὲν εἰδέναι, tam eſt inerudi-tus, ut nihil ſciat.

Atticis autem conſtruitur accuſatiuus pro πρὸς, & pro εἰς, ὡς λακεδαιμονίους, ad Lacedæmonios. ὡς μακεδονίαν, ad Macedoniam.

ΩΣ.

ΩΣ acutitonum idem eſt quod ὅπως. Vnde illud, ἔστιν ὥς, pro quodammodo, & quadantenus ponitur, ut dictum eſt ſuperius.

ΩΣΤΕ.

ΩΣΤΕ aduerbium digreßiuum conſtruitur indicatiuis, ὥστε λέγει, itaq; dicit, idq; Atticè.

Et optatiuis, ὥστε λέγοι ἄν, itaq; dicat.

Et infinitiuo, ὥστε λέγειν.

Significans autem ſimilitudinem aut æquiparantiā, conſtruitur tam poſt nomen, quàm poſt aduerbium.

Poſt nomen, ut τοιοῦτός ἐστιν, ὥστε καὶ νοεῖν, καὶ λέγειν τὰ δέοντα, talis eſt, ut cogitet & dicat quæ oportet. τηλικοῦτός ἐστιν, ὥστε πάντας ὑπερβάλλειν, tantus eſt, ut omnes ſuperet.

Poſt aduerbium, οὕτως, ὥστε πάντας θαυμάζειν, ſic, ut omnes admirentur.

De negatiuis & prohibitiuis.

In orationibus negatiuis Græci plerunq; præponunt negationem utrique uerbo, quam Latini duntaxat alteri præponunt: οὐ φημί σε εἰδέναι, pro φημί σε οὐκ εἰδέναι,

εἰδέναι, dico te neſcire. μὴ προσποιοῦμαι τοῦτ' εἰδέναι, pro προσποιοῦμαι τοῦτο μὴ εἰδέναι, diſsimulo hoc ſcire. οὐκ ἀξιῶ τοῦτο ποιεῖν, pro ἀξιῶ τοῦτο μὴ ποιεῖν, indignũ puto hoc facere. οὐ νομίζω εἶναι, pro νομίζω μὴ εἶναι. οὐκ οἴομαι δεῖν, pro οἴομαι οὐ δεῖν, & ſic de alijs.

Quòd ſi quandoque inueniatur negatio poſtpoſita uerbis, hoc fit per figuram apoſtrophen: κοιμησόμεθα οὐ, pro οὐ κοιμησόμεθα.

οὐ ſi præcedat dictionem incipientem à uocali non aſpirata, ſcribitur οὐκ, οὐκ ἔχομαι, οὐκ ἐποίησα, οὐκ ἔστιν.

Si uerò præcedat eam quæ incipit à uocali aſpirata, ſcribitur οὐχ, οὐχ ἡμεῖς, οὐχ ὁρᾷς, οὐχ ἕλκεται.

Sed ſi præcedat inchoatam à conſonante, ſcribitur οὐ, ut οὐ ποιεῖς, οὐ λέγω.

In hunc ferè modum conſtruitur negatio οὐ, cum cæteris orationis partibus peculiariter.

ὅσον οὐ, ὅσον οὔπω, μόνον οὐ, pro fermè, circiter. ὅσον οὐδέπω, ὅσον οὐκ ἤδη, pro quamprimum, iamiam. οὐ μόνον δὲ, dicunt pro, neq; hunc ſolum, uel neq; has ſolas, uel neq; hic ſolus, uel neq; hæc ſola, & ita per omnia genera, & per omnes caſus. ἀπέκτεινε τοὺς φίλους, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὸν πατέρα, occidit amicos, & non hos ſolùm, ſed etiam patrem. ἀπολείπονται γείτονες πάντες, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ὁ πατήρ.

τήρ, relinquuntur omnes uicini, & non hi ſolùm, uerùm etiam pater. οὐδέν τι μᾶλλον, Atticis capitur pro οὐδαμῶς, uel potiùs pro nihilo magis. τοῦτο μὲν εἰδὼς, οὐδέν τι μᾶλλον ἠπιστάμην γράμματα, hoc cùm nouiſſem, nequaquam, uel nihilo magis nouiſſem literas.

Compoſita ex negatione & nomine numerali, nonnunquam ſoluuntur, & quandoq; per Tmeſim: οὐδὲ εἷς, pro οὐδείς. οὐδὲ ἕν, pro οὐδέν. οὐδ᾽ ἂν εἷς, pro οὐδεὶς ἄν. μηδ᾽ ἂν εἷς, pro μηδεὶς ἄν. μηδ᾽ ἂν μία, pro μηδεμία ἄν. οὐ τιν᾽ οὖν, nullum penitus. οὐδ᾽ ὅτι οὖν, nihil quicquam. οὐχ ὅσον, οὐχ οἷον, nedum.

οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως, nullo pacto, ut οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως οὐκ εἶ, fieri non poteſt, quin ſis.

οὐκ ἔσθ᾽ ὅτι, nihil. οὐκ ἔστιν ἐφ᾽ ὅτῳ, in nullo. οὐκ ἔστιν οἵτινες, nulli.

οὐ γὰρ, nonne. an non. οὐ γὰρ Δή, ualet, abſit. Pro quo etiam capitur οὐκ ἀγαθὲ, abſit. οὐ γὰρ ἄν, alioqui non. οὐ γὰρ ἄν που, & οὐ μὰ Δή, nequaquam, minimè uerò. οὐ γὰρ ἀλλά, enimuerò, uerùm enimuerò. Ponitur enim abundante negatione pro καὶ γάρ, ut μὴ σκῶπτε, οὐ γὰρ ἀλλ᾽ ἔχω κακῶς, ne cauillare, etenim malè habeo. οὐ γὰρ ὅπως, non enim hoc modo, neq; enim tantummodo.

οὐχ ὅπως, non ſolùm, non ſolùm non: ſignificat etiã non ut. Et pro eo οὐχ ὡς ſæpè dicitur.

μὴ ὅτι, non ſolùm, non ſolùm non. Idem ſignificat οὐχ ὅτι, quod etiam capitur pro, non quod, & tum ſolùm conſtruitur indicatiuo.

οὐχ ὅτι μὴ, non quin. οὐχ ὅτι μὴ καλὸν εἶναι οἴμαι, non quin honeſtum eſſe cenſeam.

οὔτοι, nequaquam. οὔτι, id eſt, οὐ, abundat enim τι, ſicut in πάνυ τι. οὔτι που, an fortè, num fortè.

οὐ μὴν ἀλλὰ, uel οὐ μὴν ἀλλά γε, enimuerò, at uerò, quin etiam, ſed tamen. οὐ μὴν ἀλλ' ἔστω, uerum eſto, ſed ſit ſanè, quod non concedentis eſt.

Interdum per Tmeſim profertur, οὐ μὴν, αὐτός γε, ἀλλὰ, pro, οὐ μὴν ἀλλὰ αὐτός γε.

Quod ſi ex οὐ μὴν ἀλλὰ tollatur ἀλλὰ, iam erit negatio, οὐ μὴν, nec uerò

Quandoq; dicunt, οὐ μήν τοι ἀλλὰ, & οὐ μήν τοι ἀλλά γε, pro ueruntamen.

οὐ μὴν οὖν γε, non quidem. οὐ μὴν οὐν, certè non, ueruntamen non.

οὔτε μὴν, οὐδὲ μὴν, nec uerò, nec tamẽ, οὐ μήπω, haud dum tamen. οὐ μὴν οὐδὲ, οὐ μὴν οὔτε, non tamen, ueruntamen non.

Quandoq; fit apud Græcos, ut duæ negationes affirment, ſicut Latinis, οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἔχετε μοῦ τὰ χρήματα, certè uos habetis pecuniam meã. Ariſtophanes: οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἐξελῶ κ' τῆς οἰκίας, nullo modo nõ eijciam domo, hoc eſt, omnino eijciam, & abdicabo.

Verùm ut plurimùm duæ negationes uehementiùs negant, uel altera abundat: οὐ μὴ ποιήσω, nequaquam faciam. Sic Ioan. 15. χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδὲν, ſine me non poteſtis facere quicquam. Homerus, οὐ μὰ γὰρ ἀπόλλωνα, negationis habet repetitionem.

Nec eſt ſimilis loquendi ratio in ναὶ μὰ, nam μὰ per ſe negat, ut μὰ Δία, non per Iouem. ναὶ μὰ, uerò affirmat. ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, pro νὴ τόδε σκῆπτρον, per hoc ſceptrum: quo in loco μὰ abundat.

Οὐδαμῆ, οὐδαμῶς, nullo prorſus pacto. Hîc etiam negatio altera uidetur ex ſuperfluo addita, & eſt ſolum ἀρνητικόν. Verùm μηδαμῆ μηδαμῶς idem ſignificat.

Sed ἀπαγορευτικόν etiam eſſe poteſt. His opponitur πάντη πάντως, uſquequaq;.

Et οὐ γὰρ ἀλλὰ, ex abundantia negationis capitur quandoque pro καὶ γὰρ. Ariſtophanes in ranis, μὴ σκῶπτε, οὐ γὰρ ἀλλ᾽ ἔχω κακῶς, ne cauillare, etenim malè habeo.

Similiter in hoc, οὐδὲ πολλοῦ δεῖ, nequaquam, multùm abeſt, uirtute geminatur negato, ut patet cùm dicitur: ταῦτα μήπω γέγονεν, οὐδὲ πολλοῦ δεῖ, hæc nondum facta ſunt, & multùm abeſt ut fiant. Nam nihil refert, ſi negationem auferas, & dicas: ταῦτα μήπω γέγονεν, καὶ πολοῦ δεῖ, & multùm abeſt ut fiant.

Quin

Quin & contraria dictione idem ſignificatur, οὐδ' ὀλίγου δεῖ, neq; parùm intereſt, id eſt, multùm abeſt. Quia hic negatio uim ſuã ſeruat, quæ in illo, οὐδὲ πολλοῦ δεῖ, ornatus cauſa, & Atticè ponitur.

Fit etiam ex abundantia negationis, quod Attici addant negationes uerbis, quæ per ſe ſunt negatiua, qualia ſunt, ἀπαγορεύω, κωλύω, ἀρνοῦμαι, ἐπέχω, & cætera. ἔξαρνός εἰμι μὴ ποιῆσαι, nego me feciſſe. κωλῦσαι μὴ ἐξάγειν, uetare quo minùs exportent. οὐκ ἐξαρνοῦμαι μὴ γεγονέναι ἐρωτικὸς, non eo inficias, me in amorem fuiſſe procliuem.

In locutionibus quoq; quæ per infinitiuum efferuntur, geminatur quandoque negatio per μὴ οὐ, uel μὴ οὐχί: ut οὐκ ἂν ἔξαρνος γένοιο, μὴ οὐκ ἐμὸς υἱὸς εἶναι, non poſſes negare, quod ſis filius meus. οὐ θέμις, μὴ οὐχὶ πρόθυμος εἶναι τοῖς φίλοις, nefas eſt quod non ſis paratus amicis. Quæ duplicatio negationum quandoq; ſeruata eadem conſtructione, ſignificat niſi. μὴ ἔλπιζε τὸν θεὸν ἱλάσκεσθαι, μὴ οὐκ ἀπέχεσθαι κακίας, hoc eſt, ἢν μὴ ἀπέχῃς.

In qua locutione, ἐφ' ᾧ, uel ἐπὶ τῷ ſubaudiri uidetur, quaſi dicatur, ἐφ' ᾧ μὴ οὐκ ἀπέχεσθαι.

Significat etiam ſeruata eadem conſtructione, quin, quo minus. τὸν γὰρ ἕτερον ὀφθαλμὸν οὐδεμία μηχανὴ, μὴ οὐκ ἀμβλύτερον δεδορκέναι, nullo pacto fieri poteſt, quin alter oculus obtuſiùs uiderit.

Conſtruitur etiam μὴ οὐ, uel μὴ οὐχὶ, quando ſignificat quin, uel niſi, cum participio, οὐκ ἂν ἀξιόπιστος εἴην λέγων, μὴ οὐχὶ πρότερον ἀληθεύσαμενος, non eſſet credendum quod dico, niſi prius uera dixiſſem. οὐ γὰρ ἂν ἐκεῖνα ἀνατραπείη, μὴ οὐχὶ καὶ τούτων ἀναπεσόντων, ruere illa non poſſunt, quin & hæc concidant.

Item ponitur pro, non etiam, quando conſtruitur cũ infinitiuo, addita καὶ coniunctione: τόδε οὐδαμῶς ῥάδιον, πολλὰ κακὰ δρῶντα τοὺς ἄλλους, μὴ οὐ καὶ πάσχειν αὐτὸν πολλὰ ἕτερα, illud nequaquam facilè fit, ut qui in alios multa mala committit, non etiam patiatur & ipſe multa alia. Quod etiam per alteram tantùm negationem dici poteſt: μὴ καὶ πάσχειν αὐτόν, uel οὐ καὶ πάσχειν αὐτόν, non & patiatur ipſe.

Inuenitur etiam μὴ οὐ, uel μὴ οὐχὶ conſtrui indicatiuis, pro nequaquam. Ariſtot. 2. Politic. μὴ γὰρ οὐ μάτην τὴν πρὸς ἑαυτὸν αὐτὸς ἔχει φιλίαν, nequaquam temerarium eſt, quod ſibi ſit quiſq; amicus.

Quod ſi has particulas inuertas, ut ſit οὐ μὴ, ſubiunctiuum ferè poſcunt, raro etiam indicatiuum, aut optatiuum, eodem ſignificato, hoc eſt, pro nequaquam. Lucian. θάῤῥει, οὐδὲν οὐ μὴ γένηται ἄδικον, δικαιοσύνης ταύτης παρούσης, confide, haudquaquam enim iniuſtum fieri poteſt, cùm iuſticia adſit.

Cum indicatiuo, τοὺς μὲν γὰρ πονηροὺς οὐ μή-

ποτε βελτίους ποιήσετε, prauos nequaquam reddetis meliores.

Cum optatiuo: οὐ γὰρ μήποτε κατισχύσειε τοῦ πεφυκότος, nequaquam præualere poſſet aduerſus ea, quæ accidunt. Sicut Atticis quandoq; abundat negatio, ita etiam eiſdem ſæpè deeſt, & ſubauditur. Sic Demoſthenes περὶ παραπρ. πρὸς ἓν οὐδ᾽ ὁτιοῦν τούτων, ἀπολογήσεται dixit, pro πρὸς οὐδὲν οὐδ᾽ ὁτιοῦν ἀπολογήσεται.

Μὴ negatiuum, iungitur indicatiuo in præteritis, & in præſenti. Δέδοικα μὴ λελήθαμεν, uereor ne non intelligamus. Δέδοικα μή που, καὶ σέ τι τούτων ἐτάραξεν uereor ne te quippiam horum conturbârit.

In præſenti, φοβεῖσθε μὴ δυσκολώτερον τι νῦν διάκειμαι.

Iungitur etiam μή, ſimiliter ὅπως μή, & ὡς μή, optatiuis: ἐγὼ σοῦ κήδομαι, μή, uel ὅπως μή, uel ὡς μὴ ἀδικοίης, ego gero curam tui, ne quis afficiat te iniuria.

Similiter cōiunctiuis ἐλλειπτικῶς, deficiēte ſcilicet σκόπει, uel ὅρα, aut alio ſimili uerbo. ἀλλὰ μὴ λάθωμεν ἑαυτούς. uel ſic, ἀλλ᾽ ὅπως μὴ λάθωμεν ἑαυτούς, ſed uidendum nobis, ne per imprudentiam erremus.

Et accipitur ſæpè μή, pro οὐ, ſed nunquam οὐ pro μή. Μὴ ἀπαγορευτικῶς conſtruitur omnibus modis, dempto indicatiuo: μὴ λέγε, ne dic. μὴ γνῷς, ne noſcas.

ſcas. μὴ γνώσῃς, ne noueris. μὴ γνῶναι, ne noueris.

Dum eſt interrogatiuum, iungitur indicatiuo: μὴ θέλεις φαγεῖν; an non uis comedere?

Vt μὴ conſtruitur ἀπαγορευτικῶς, & οὐ ἀρνητικῶς: Sic etiam eorum compoſita, uidelicet μήτοι, μήτοιγε, μήποτε, & ſimilia, ἀπαγορευτικῶς. Et οὔτοι, οὔποτε, οὐδῆτα, & alia huiuſmodi, ἀρνητικῶς. atque apagoreutica, pro arneticis accipiuntur, non contrà, arnetica pro apagoreuticis.

Coniungitur μὴ cæteris orationis partibus in hunc ferè modum, μῶν μὴ, nonne. μήτις, numquis. μήτι, nunquid, uel nequid.

Μήποτε, an, conſtruitur non tam percunctanter, quàm dubitanter. ἀλλὰ μήποτε οὐ τοῦτο ἦν τὸ αἴτιον, ἀλλὰ τὸ προειρημένον; an potiùs non hæc cauſa eſt, ſed ſupradicta? μήποτε ἄγαν εὐηθὲς ᾖ, haud ſcio an ſtultum ſit.

Conſtruitur coniunctiuis, & indicatiuis, undè licet dicere, μήποτε λέγεται, uel μήποτε λέγηται.

Eſt etiam quandoque negatiuum, uel optatiuum, μήποτε τοσοῦτον ἀμελήσαιμεν τῆς ἀρετῆς, abſit, ut tantùm negligamus uirtutem.

Capitur etiam pro οὐδέποτε, nunquam. μήτοιγε, nequaquam, ſaltem, certè. ὅτι μὴ, niſi. μήτι, μήτι δὴ, μήτιγε, μήτι γε δὴ, μήτε, δῆγε, μήτοι γε, μὴ ὅτιγε, μὴ ὅτι, ualent nedum. Et huic poſtremò reſpondet

ſpondet in conſtructione, ἀλλὰ: ut μὴ ὅτι καλόν, ἀλλὰ κάλλιςον, non ſolùm honeſtum, ſed honeſtiſſimum.

Μὴ γὰρ ὅτι, non ſolùm enim. μὴ δῆτα, abſit, ut μὴ δῆτα φίλε, hoc eſt, abſit ut hoc facias amice.

Ponitur etiam pro: dij auertant, dij meliora.

Pro hoc etiam ponitur, μὴ γὰρ δὴ, uel μὴ γὰρ γε, ut μὴ γὰρ δὴ γνώμης ἡμῶν κατίσχοι ἡ τύχη, abſit enim, ut præualeat propoſito noſtro fortuna. ὅπως μὴ, pro μὴ ponitur. Lucia. in Iudi. dearum, ὅπως μὴ χαλεπῶντε δικαςῇ, ne moleſti ſitis iudici.

Coniectandi.

Aduerbia coniectandi iunguntur indicatiuis: ἴσως ἐρῶ, fortaßis dicam.

Quod ſi optatiuo iungantur, aut coniectiuo, non fiat ſine coniunctione ἂν, expreſſa, uel ſaltem ſubaudita ἴσως φαίη ἂν, forſan dixerit. ἴσως ἂν ἔλθω, forſitan uenero: quod commune eſt omnibus aduerbijs cum uerbo conſtructis.

Εὖ ἂν ἔχοι, bene habeat. πόῤῥω ἂν εἴη, procul abſit. νὴ δί' εἴποιμ' ἂν, per Iouē dixerim, & ita in alijs.

Imperatiuis uerò non conſtruuntur aduerbia coniectandi: non enim dicitur, τάχα γράφε, τυχὸν λέγε.

Interrogandi.

Interrogandi aduerbia præponuntur uerbis. πόθεν πορεύῃ; πότε ἦλθες;.

Quod ſi quando poſtponantur, id fiet per figuram Apoſtrophen. ἔρχῃ πότε; ὑπάγεις πόθεν;

Quæ figura frequentiùs fit in aduerbio πῶς, ut ἔσαι δὲ τοῦτο πῶς; at hoc quo'nam pacto fieri poterit? γενήσεται δὲ πῶς; at id quo'nam modo euenturum eſt?

Ponitur etiam πῶς interdum non interrogatiuè, ſed emphaſeos gratia, ſignificans plurimùm, & quaſi admirabunde profertur. ἐγὼ δὲ τούτου τῶ τρόπου πῶς εἰμὶ ἀεί, at ego mirè hoc ingenio prædıtus ſum.

Πῶς οὔ, in reſponſionibus aſſentionem ſignificat: πῶς γὰρ οὔ; quidni? πῶς οὐκ ἀδικεῖς; nónne tu improbus es? πῶς οὐκ αἰσχρόν; nónne turpe eſt? πῇ; quomodo? qua ratione? Huic reſpondet ᾗ, ut dictum eſt.

Cùm autem apponitur μὲν & δὲ, ſignificat partim: πῇ μὲν διαφέρει, πῇ δὲ ὁμοίως ἔχει, partim differt, partim ſimiliter ſe habet: quod etiam ſignificat τῇ μὲν, τῇ δὲ, ut dictum eſt ſuperiùs.

Πῶς & πῇ dum accipiuntur interrogatiuè, circunflectuntur, alia uerò acuuntur in penultima: dũ uerò capiuntur indefinitè, loci, aut figuræ, aut modi ſignificatiua, inclinantur, niſi fuerint triſyllaba. Nihil enim inclinatur, quod ſit plus, quàm diſſyllabum. πόθεν ἔρχῃ; unde uenis? ἐρχόμενος δὲ πόθεν, alicunde ueniens. πῶς ἔχει, quomodo habet. οὕτω πῶς ἔχει, ſic habet. πότ' ἦλθες; quando uenisti? ἦλθόν ποτε, ueni aliquando.

Et hoc

Et hoc pacto frequenter poſtponitur ποτὲ, dictionibus infinitis mediante coniunctione δὴ, ὁπόσος δή-ποτε, quantuſcunque. ὁποσοσδήποτε, quotuslibet. ὁπότερος δήποτε, uterlibet, ὁπουποτὲ, ὁπουδήποτε, ubicunque. ὁπώσποτε, ὅπως δήποτε, ὅπως δήποτ' οὖν, ὅπῃ δήποτε, quouis modo, quomodocunq;, utcunq;. ὁ δήποτε, ἃ δήποτε, ὅτι δήποτε, quoduis. ποῖος δήποτε; interrogatiuè, qualis tandem?

## Optandi.

Εἴθε & αἴθε, aduerbia optandi conſtruuntur uerbis optaui modi: εἴθε γράψειεν, utinam ſcriberet. αἴθε γράφοιμι, utinam ſcriberem.

Cùm autem adduntur indicatiuis, faciunt, ut optatiuam recipiant conſtructionem: εἴθε ἔγραψεν. utinam ſcripſiſſet. εἴθε ἦν ποιεῖν, utinam licuiſſet facere. αἴθ' ὄφελες, habet quidem ſignificationem optationis, uerùm hoc differt ab alijs optandi uerbis, quod ſemper conſtruitur in ſecunda perſona. Ἰλιάδ. α. αἴθ' ὄφελες παρὰ νηυσὶν ἀδάκρυτος, καὶ ἀπήμων ἧσθαι, utinam ſederes.

Dicitur etiam ὡς ὄφελες. Interdum enim ὡς additur, interdum non additur.

Dicunt præterea εἰ γὰρ ὄφελον, pro ὄφελον.

## Coniunctionum.

COniunctiones non modò reliquas orationis partes cõnectendi uim habent, uerumetiam inter ſeſe, & unà cum aduerbijs uariè connexa, uariam obtinent ſignificationem, & conſtructionem, quarum hîc aliquot ſubijciemus exempla.

### ΑΛΛΑ.

Ἀλλὰ γὰρ, ἀλλὰ δὴ, ἀλλὰ νὴ Δία, uel νὴ Δί' ἀλλὰ, id eſt, at enim. ἀλλ' οὖν, ſaltem, tamen, potiùs. ἀλλὰ μὴ; nunquid? quandoque non interrogatiuè, pro non autem. ἀλλὰ δὴ καὶ, quinimo, atque, etiam, eſto concedendi. ἀλλά τοι, atqui, at uerò. ἀλλὰ μὴν, atqui, at uerò. In principio orationis ſignificat enimuero. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ, neque uerò, ſed neque. ἀλλ' ἦ, ſed nunquid. ἀλλ' ὅτι; ἀλλ' ὅτι ἦς; utrum? nunquid? ἀλλ' ὅτι, niſi quod, quàm quod: ut οὐχ ἕτερον, ἀλλ' ὅτι, non aliud, niſi quod, uel quàm quod. ἀλλ' εἰπὲς, de quo dicetur poſtea.

### ΔΕ.

Δέ γε, δέ που, δέ τοι, autem. δὲ δὴ, porrò autem, ut ἐὰν δὲ δὴ συμφέρει, porrò autem ſi conferat, μεταβατικόν ἐστιν.

### MEN.

Δὲ & μὲν, ſeſe in oratione mutuò conſequuntur,

ſic ut μὲν quidem præcedat, δὲ uerò ſequatur. οὗτος μὲν λαλεῖ, ἐκεῖνος δὲ σιωπᾷ, hic quidem loquitur, ille uerò ſilet.

HMEN, HΔE.

Similiter ſeſe conſequuntur eorum compoſita: ἤμὲν, & ἠδὲ, quæ quidem ſunt inchoatiuæ orationis, & ἠμὲν quidem præcedit, ἠδὲ uerò ſequitur. ἠμὲν ὅσοι ναίουσι οὐρανὸν, ἠδὲ ὅσοι κληρώσαντο χθόνα, & quicunque habitant cœlum, & quicunque ſortiti ſunt terram.

MENTOI.

Μέντοι, uerò, ſanè, aſſentientis eſt, interdum ornatus cauſa magis quàm ſignificationis ponitur, uel explendæ orationis gratia, ut: τοῦτο μέντοι τοιοῦτο, hoc ſanè tale eſt. Sic Ariſtopha. in Pluto: καὶ ταῦτα μέντοι ταῦτα, quæ locutio eſt Attica, pro eo quod eſt, Atq; hæc quidem ſunt huiuſcemodi, uel ita ſe habent. Clauſula eſt ſuperioris ſermonis, & tranſit ad alium.

Dicitur etiam ſic, καὶ ταῦτα μέντοι ταύτῃ. Sed de his hactenus.

Accipitur etiam μέντοι, ut reſpondeat particulæ μὲν, ſic ut μὲν præcedente, ſequatur μέντοι, poſitum pro δὲ.

Eſt etiam aduerſatiuum, ſicut Latinis uerùm.

MENT' AN.

Μεντ᾽ ἂν, atqui, at. Δικαίως μέντ᾽ ἂν ἀπέθανον,

atqui iuſtè morte affectus fuiſſem. μαίνοιτο μὲν τ' ἄν, at inſaniret. μὲν οὖν γε ναί, quinimo, uerè, atqui. μέντοι τοι, μέντοι γε, nimirum, tamen.

## ΚΑΙ.

καὶ præponitur etiam dictionibus in oratione, τε uerò ſequitur inclinata. θεοί τε, καὶ ἀνέρες, dijq; & uiri. Et ita inter ſeſe conſtruuntur, ut τε præcedat, καὶ ſequatur. καίτοι γε, καίτοι, atqui, etiam, uerùm, ſed, quanquam, & quidem, proinde, itaq;.

καὶ δή, continuò, protinùs, hoc eſt, ideo. καὶ μήν, atqui. καὶ Atticis ſæpè geminatur, καὶ μέντοι καὶ, atque etiam. καὶ γὰρ καὶ ἐγώ, etenim ego quoque. καὶ δὴ καὶ, equidem etiam. καὶ τοι καὶ, atque adeo. καὶ γὰρ αὖ καὶ, & rurſus etiam. καὶ ἵνα δὴ καὶ, et ut etiam. καὶ μὴν καὶ, quin etiam. καὶ ἔγωγε καὶ αὐτός, & ego ipſe. Nam καὶ Atticis quidem περιέλκει.

## ΚΑΝ.

κἂν pro καὶ ἐάν, & ſi, uel quod ſi, uel ſin, conſtruitur coniũctiuis. κἂν ἀναγκασθῇ, quod ſi cogatur.

Cùm uerò ſignificat quamuis, gaudet optatiuis, etiam ſi tanquam de præſenti ſermo ſit. Quomodo & Plato 2. de Repub. de cane loquens: ὃν δ' ἂν γνώριμον ἴδῃ, ἀσπάζεται, κἂν μηδὲν πώποτε ὑπ' αὐτοῦ ἀγαθὸν πεπόνθοι, quemcunq; cõſpexerit notum ſalutat, quamuis nihil unquam ab eo ſuſceperit boni.

Cùm autem ſignificat atque adeo, uel etiam, iungitur

tur etiam optatiuo, atque indicatiuo.

Indicatiuo, κἂν ἐπῄνουν, καὶ στεφανοῦν ἐκέλευον, ego laudaſſem, & coronandos cenſuiſſem.

Optatiuo. Ariſtop. κἂν προσκαταθείην γ' ὥστε ὀμόσαι τριώβολον. Significat etiam ſaltem.

Et quando ſæpè geminatur in oratione, ponitur pro ſiue.

Eſt etiam quandoque particula potentialis.

KAN EI.

κἂν εἰ indicatiuo iungitur, κἂν εἰ πάντα ταῦτα ὑπῆρχεν, & ſi in eo omnia hæc eſſent.

Ponitur etiam cum optatiuo, & per Tmeſim. κἂν ἀσέβειαν εἰ καταγινώσκοι τις, & ſi impietatem condemnet quis. Vnde frequens eſt apud Ariſtotelem, κἂν εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον, & ſi quid aliud ſimile.

KAN EI MH.

κἂν εἰ μὴ, & ſi, tametſi, ſi non: ut κἂν εἰ μὴ διὰ ἄλλην αἰτίαν, ἀλλὰ διὰ ταύτην, & ſi non ob aliam cauſam, certè ob iſtam.

κἂν etiam per ſignificat, etiam ſi: ut ὥσπερ ἂν μηδὲν ἀδικῶν φαίνεται τὴν πόλιν, ἢ κἂν ἀδικῶν σκοπεῖτε, utrum ſi publicè inſons ſit, an etiam ſi nocens, conſiderate.

H.

ἢ, uel, dum capitur definitè, uel declaratiuè, ſola iacet: ut Ἰλιάδ. α βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι,

ἢ ἀπο-

ἢ ἀπολέσθαι, ego malo populum ſaluum eſſe, & non perire. Quo in loco, ἢ ſignificat, & non.

Capitur etiam dubitatiuè, τί δὲ λαὸν ἤγαγεν ἐνθάδε, ἢ οὐχ Ἑλένης ἠυκόμοιο; quid autem populum adduxit huc? an non propter Helenam formoſam?

ΗΤΟΙ.

Ητοι quandoque idem ualet quod μὲν, & eſt initialis in oratione: ut ἤτοι ὅγ᾽ ὣς εἰπὼν κατ᾽ ἄρ᾽ ἕζετο, ille quidem ſic fatus conſedit.

Quandoq; eſt diſiunctiua, æquiualens coniunctioni ἢ, quam præcedit in oratione: ἤτοι ἀγαθὸν, ἢ φαῦλον. uel bonum, uel malum.

ἤπου ualet ἤτοι, & eodem modo poſtponitur ei in oratione ἢ, ut εἰ ζῶον, οὐκοῦν ἤπου λογικὸν, ἢ μὴ, ſi animal, igitur rationale eſt, uel irrationale.

Ponitur etiam pro ἢ quàm: ut πολὺ μᾶλλον, ἤπου τις ἄλλος, multo magis, quàm quiuis alius.

ΕΙ.

Ει conſtruitur plerunque indicatiuo, & habet uim optatiui, uel optatiui certè loco ponitur, cùm ei additur ἂν particula potentialis. Ioannis 8. εἰ ὁ θεὸς πατὴρ ὑμῶν ἦν, ἠγαπᾶτε ἂν ἐμὲ, ſi deus eſſet pater ueſter, diligeretis me.

Nonnunquam cum optatiuo: εἰ ἡδονὴ τ᾽ ἀγαθὸν εἴη, ταύτῃ ἂν ὁρίζοιτο ἡ εὐδαιμονία, ſi uoluptas ipſum bonum eſſet, hoc pacto definiri poſſet felicitas.

Interdum cum coniunctiuo, præſertim ſi cum aliịs coniunctionibus capiatur. Ἰλιαδ. α, εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ, quòd ſi iram ipſo die concoxerit. εἰ μὴ, id eſt, niſi: ut τί δὲ, εἰ μὴ, quid aliud niſi. εἰ δὲ μὴ, ſin minus, alioqui. εἰ δ' ἄγε, agè, agedum.. εἰ γοῦν, ſi ſaltem. εἰ γὰρ ὤφελον, dicitur pro εἴθε ὤφελον, utinam. εἰ δ' ἄρα, εἴπερ ἄρα, ἀλλ' εἴπερ, ἐὰν δὲ, hæ clauſulæ dum per parentheſim inſeruntur orationibus, ſignificant, quòd ſi quando id faciendum ſit, uel quod ſi quoddam eſt huiuſmodi, aut aliud ſimile, prout oratio poſtulat. Ἄμπελον οὐ δεῖ ἅπτεσθαι περκάζοντος τοῦ βότρυος, ἀλλ' εἴπερ, ὅταν ἀπομελανθῇ, quod ſi quando id faciendum ſit, tum certè demùm, cùm nigra iam uua fuerit. ἀπέχουσι οἱ μοναχοὶ τῆς σαρκοφαγίας, εἰ δ' ἄρα, ἐν ἀσθενείᾳ abſtinent monachi ab eſu carnium, quòd ſi quando ueſcantur carnibus, id in ægritudine eſt. Οὐδεὶς εἰς ψάμμον σπείρει, ἐὰν δὲ, τῆς γεωργίας ἄπειρος ἐστὶν, nullus arenæ mandat ſemina: quod ſi quis ſit huiuſmodi, is agriculturæ imperitus eſt.

## ΕΑΝ ΚΑΙ ΕΠΕΙΔΑΝ.

Ἐὰν & ἐπειδὰν, gaudent coniunctiuo: ut, ἐὰν θέλῃς, ſi uelis. ἐπειδὰν ἴδωσι, cum uidiſſent.

## ΕΠΕΙ & ΕΠΕΙΔΗ.

ἐπεὶ & ἐπειδὴ, iunguntur indicatiuo, & infinitiuo. ἐπεὶ δὲ ὤφθη, ἐπειδὴ δὲ γενέσθαι, ἐπειδὴ τάχιστα,

στα, ſimul atq;, ſimul ut, hoc eſt, ὡς τάχιστα.

### I N A.

ἵνα conſtruitur coniunctiuis. ἵνα διδάξω, ut doceã, Et optatiuis, ſi de re præterita fiat ſermo. ἀφίκετο, ἵνα θεῷτο, uenit ut ſpectaret.

Et indicatiuis in præterito imperfecto, perfecto, & indefinito, ubi aliquid de re præterita uolumus ſubeße, aut non ſubeſſe. ἐχρῆν αὐτὸν λαβεῖν συγγραφὴν, ἵν' εἶχεν κατὰ νόμους ἀπαιτεῖν, oportebat eum accipere ſyngrapham, ut poſſet iure exigere.

### Γ A P.

γὰρ his coniungi poteſt. γάρ τοι, γοῦν δὴ, γὰρ αὖ, γοῦν πού, γὰρ δήπου, γὰρ τ' ἂν, pro, γοῦν τοι ἄν.

### O T I.

ὅτι gaudet indicatiuis. λέγει ὅτι ἥξει, dicit q̃ ueniet.

In locutione narratiua additur optatiuo. ἠγγέλλετο ὅτι γένοιτο, καὶ εἴη, καὶ ἔσοιτο, nunciabat quod fieret, & eſſet, & erit.

Iungitur quandoq; ſuperlatiuis: ὅτι πλεῖστον, ὅτι μάλιστα, quàm plurimùm, quàm maximè.

### A P A.

ἄρα aliis dictionibus conſtructa, ſignificat dubitationem. οὐκ οἶδα ὅτι λέγοι ἄρα, non noui quid diceret. ἐγεγόνει ἄρα, fuiſſet. διατεθήκει ἄρα, conſtituiſſet. οὕτως ἄρα φεύγοις, ſic fugias. ὡς δέδοικα, ὅποι ἄρα ἐπιβαίνοις, quàm timeo, quorſum euadas.

## ΑΡΑ.

ἆρα uerò hoc modo conſtruitur. ἆρ᾽ οὖν, ἆρά γε, utrum. ἆρ᾽ οὖν, itaque, & ponitur in initio orations. ἆρ᾽ οὐκ, utrum, an non. ἆρά ποτε, utrum tandem. ἆρα μὴ, nunquid, utrum: idem ualet quod ἀλλὰ μὴ, in conſequētia orationis.

## ΟΥΝ.

Οὖν poſtponitur nominibus infinitis. ὁποιοσισοῦν, qualiſcunq;. ὁποσισοῦν, quantuſcūq;. ὁποσοσοῦν, quotuslibet. ὁπηλικοσοῦν, quantuſcunq;. ὁποδαποσοῦν, cuiaſcunq;. ὁποσοπλασιοῦν, quamlibet multiplex. ὁποτεροσοῦν, uterlibet. ὁπωσοῦν, ὁποσιοῦν, ὁπηοῦν, quouis modo, quomodocunq;.

## ΑΤΤΑ.

ἄττα multis adiectiuis iungitur, ut ποῖ᾽ ἄττα, πόσ᾽ ἄττα, πολλ᾽ ἄττα, ὀλίγ᾽ ἄττα, ἕτερ᾽ ἄττα, τοιαῦτ᾽ ἄττα.

Sunt enim additamenta, plus ornatus quàm ſignificationis afferentia orationi, ueluti Latinis, quis tandē, quiſnam, qualiſnam.

Ponitur etiā per ſe, pro τινά: ut, ἔλεγον ἄττα, dicebā quædam. Quare ſubiungitur quandoq; ſubſtantiuis nominibus. εἰς δείματ᾽ ἄττα, in terrores quoſdam. Seruit & interrogationibus, cùm eſt aſpiratum: ut, πῶς καὶ ἅττα ποτὲ διελέχθη; quomodo, & quæ diſſeruit? Nam relatiua interdum, pro interrogatiuis ponuntur.

## Η ΠΟΥ.

ἤπου utiq;, profectò, nimirùm, ſeruit etiam interrogationi, ut Latinis nempè.

Significat etiam, ἤπου, & ἤπου γε, multo magis & præponitur illis ὅπου, ut ὅπου ἐκεῖνοι οἰκῆσαι πόλεις οἷοί τε γεγόνασι, ἤπου ἡμεῖς ἂν δυνηθείημεν κατασχεῖν, quandoquidem illi ualent inhabitare ciuitates, multo magis nos poſſemus.

Eadem ſeruata ſyntaxi, ſignificat etiam nonnunquam, multo minùs, ut ὅπου αὐτοκράτωρ οὐ δύναται, ἤπου ἡμεῖς ἰδιῶται δυνηθείημεν ἄν, quandoquidem imperator non poteſt, multo minùs nos priuati homines poſſemus. Sic Athenæus lib. undecimo: ἀδύνατον δὲ καὶ φαῖδρον κατὰ σωκράτην εἶναι, ἤπου γε καὶ ἐρώμενον αὐτοῦ γεγονέναι, fieri non poteſt, ut Phædrus Socratis ætate fuerit, multo minùs ut amaſius eius fuerit, uel nedum ut amaſius eius fuerit.

Quandoq; illi ſubiungitur σχολῇ γε, quod etiam ſignificat, multo minùs: & dicitur coniunctim, ἤπου σχολῇ γε, pro multo minùs Atticè.

ἢ οὖν ποτε, ecquando, autem. ἢ γάρ, nonne, pro quo quandoq; dicunt. ἢ οὔ, ἢ γὰρ ἄν, alioqui, alioqui ſi, nam ſi. Ιλιαδ. α. ἢ γὰρ ἂν ἀτρείδη νῦν ὕστατα λωβήσαιο, nam alioqui nunc ultimum improbo tibi eſſe contigiſſet. Chryſoſtomus ſecundo de fato: ἢ γὰρ ἂν ὑποπτεύσαντες αὐτὸν εἶναι ἐχθρόν, ἔφυγον: nam ſi exiſtimaſſent,

*maſſent, uel, alioqui ſi exiſtimaſſent ipſum eſſe hoſtem, fugiſſent.*

ἦ μὴν, *uerè, apponitur ferè iureiurando.* νὴ Δία, ἦ μὴν ἐγὼ ἔπαθόν τι τοιοῦτο, *uerè per Iouem tale quippiā ego paſſus ſum.*

*Conuenit etiam poſt interrogationem, & exclamationem,* ὦ Ζεῦ ἦ μὴν καλὸς ἐφάνη οὗτος, *ô Iuppiter uerè formoſus hic apparuit.*

*Additur etiam ſponſionibus & promiſsionibus:* ἦ μὴν ποιήσω, *certè faciam.*

ΓΕ

ΓΕ *omnibus fermè iungitur coniunctionibus:* ἀλλὰ μήν γε, καὶ μήν γε, *& ſic de alijs.*

ΔΗ.

Δὴ *etiam alijs ſubiungitur,* καὶ δὴ, *continuò, protinùs, hoc eſt, ideo.* ἀλλὰ δὴ, *at enim.* οὐδὲ δὴ, *nec uerò.* φέρε δὴ, *agè uerò.* εἶεν δὴ, *eſto uerò.* ἴθι δὴ, *id eſt,* ἴθι. ὅσ δὴ, *pro* ὅς. οἷος δὴ, *pro* οἷος. τί δὴ, *quid tandem. Pro quo etiam dicunt,* τί μὴν, ποῖον δὴ, *quale tandem.* δὲ δὴ, *porro.* δήπου, *utique, nimirum, profectò.* οὐδήπου, *nunquid?* δήπουθεν, *utiq;, nimirum.* ὅπου δήποτε, ὁπουδὴ, *id eſt, ubicunque.* ὃ δήποτε, ὅτι δήποτε, ἃ δήποτε, *quiduis.* ὁπωσδήποτε, ὁπωσδὴ, ὁπωσδηποτοῦν, ὁπῃδήποτε, *quouis modo, quomodocunque.* πόσος δήποτε, *quod tandem.*

ΜΗΝ.

τί μὴν; quidnam. Aliquando etiam concedentis eſt, pro quidni? γέ μὴν, uerò. ἀλλὰ μὴν, atqui. ὅμως μὴν, tamen.

## ΠΟΥ.

που interdum conuenit interrogationi: ut τῶν ζώων πού ἐστι, τὸ μὲν που λογικὸν, τὸ δὲ μή; eſt animalium aliud quidem homo, aliud non?

Eſt etiam nonnunquam in oratione ocioſum, quemadmodum δὴ & γε, & ποι, & μὴν, & αὖ, & poſtponitur, ut in his: μέν που, γέ που, ἤδη που, οὕτω που, τάχα που, ἴσως που, δή που, οὐδή που, δή πουθεν, ἤ που, ἢ ὅπου, που, ἄχρι που, μέχρι που.

## ΤΟΙ.

τοι cum multis conſtruitur dictionibus: οὕτω τοι, πάνυ τοι, γάρ τοι, δέ τοι, & ita in alijs, ornatus tantùm gratia, & explementi orationis. In τοιγάρτοι, etiam geminatur.

Interponitur etiam ſine compoſitione: διά τοι τοῦτο; quamnám ob rem eſt hoc?

τοίνυν quando præponitur coniunctioni ἂν, ualet at, atqui: ut ὑμῶν τοίνυν οὐδ' ἂν εἷς, atqui nullus eſt omninò ueſtrûm.

In aſſumptionibus etiam, ut ἀλλὰ μὴν, ponitur, οὐ τοίνυν προῆλθεν οὐδεὶς, at nemo tum prodit.

Significat etiam proinde συλλογιστικῶς. ἓν μὲν τοίνυν τοῦτο ἄρτι που ἐπορισάμεθα, ὥστε δοκεῖν τὶ λέ-

γειν,

γειν, proinde unum hoc inuenimus, ut aliquid dicere uideamur.

Aliquando ſignificat igitur: ἄκουε τοίνυν, ὡς ἔχει τἀμά, audi igitur, ut ſeſe habent res meæ.

Ponitur etiam pro μέντοι. ἐνταῦθα τοίνυν πάντες προσέβλεψαν αὐτόν, hîc quidẽ omnes intuebantur eũ.

Eſt etiam nonnunquam expletiuum. μηδαμῶς τοίνυν εἴπῃς, tu uerò ne dicas. ἔτι τοίνυν, iam uerò, atque etiam. οὔτοίνυν, neq; uerò.

Et ponitur pro ἀλλὰ μὴν οὖ, ὅτι τοίνυν, quid uerò, quod autem, itaq; quod.

## A N.

Αν conſtruitur Græcis & Δυνητικῶς, hoc eſt, ut denotet potentiam. & ἀοριστολογικῶς, hoc eſt, infinitè. Δυνητικῶς quidem, ut εἰ καὶ μὴ πεποίηκε, ἀλλὰ πεποίηκεν ἄν, & ſi non fecit, feciſſe tamen credi poſſet.

Et habet quandoq; uim uerbi taciti, ac ſubaudiendi. Τοσαύτην ἐποιήσαντο σπουδήν, ὅσην περ ἂν ἐπὶ ἑαυτῶν χώρας πορθουμένης, tam enixè contenderũt, quã facere potuiſſent, ſi ſuum agrum populantes uidiſſent.

Affert enim particula hæc compendium in oratione: ut, Δόξαν μὲν ἐγὼ γ' ἂν συγχωροίην, τὰ δ' ἕτερα, ταῦτα οὐκ ἄν: ibi οὐκ ἂν ponitur pro, non etiam, uel nõ itidẽ concederem. Iungitur Δυνητικῶς omnibus temporibus.

Αν cum præſenti.

Præſenti quidem in optatiuo, οὐκ ἂν λέγοις, οὐκ ἂν

φαίης, non diceres. σὺ γὰρ ἂν ἐκεῖνον περιεώρης, tu ſineres illum.

Et in coniunctiuo. Plato in Phædro: καλὸν γοῦν ἂν εἶδος ᾖ κατανενοηκὼς ὁ τοῦτο λαβών, atqui bellam ſpeciem is intellectu perciperet, qui hoc aſſequi poſſet, uel intellectu perceperit, qui hoc aſſecutus fuerit.

Et infinitiuo, τί ποιεῖν ἂν ἢ τί οἴεσθε λέγειν, quid dicturos fuiſſe exiſtimatis, aut quid facturos.

Ἂν cum præterito.

Præterito uerò in indicatiuo, cùm de re præterita loquuntur: τίς οὕτως ἄγριος, ὅστις ἐδυνήθη ἂν τοῦτο ποιεῖν; quis tam immitis, qui poſſet hoc facere?

Poteſt hoc & per optatiuum enunciari, ſed ita, ut loqui uideamur in re præſenti: ὅστις δυνηθείη ἂν τοῦτο ποιεῖν, qui tamen poſſet hoc facere.

Et inuenitur hoc pacto iunctum præteritis omnibus, etiam perfectis, & pluſquamperfectis. Perfecto, ut Demoſth. πειράσομαι τὸν τρόπον εἰπεῖν, ὃν ἂν μοι δοκεῖτε μάλιστα παρεσκευάσθαι, conabor eo modo dicere, quo mihi uidemini, & cæt. Pluſquamperfecto: ὅτι μὲν δεῖ τὰ γράμματα ἐπίστασθαι ἠκηκόειν ἄν, quod quidem oporteat ſcire literas, &c.

Per præteritum item ſæpè loquuntur de futuro, addita particula ἂν, tam in uerbis, quàm in participijs: ut ποιήσασθαι ἄν, pro ποιήσασθαι ἐλεχθέντων ἄν, pro ἐλεχθησομένων. ἂν ὑποστὰς, pro ὑποστησόμενος

γενόμε-

γινόμενον ἂν, pro γινησόμενον.

Αν cum futuro.

Futuris item additur in optatiuo. οὐκ ἂν λέξοις.

Inſuper indicatiuo, & infinitiuo, licet id ſit rarius, ἐλπίζω οὕτως ἂν ἄριστα πράξειν, puto me hoc pacto optimè facturum.

Id fit plerunque in uerbis, quæ futurum poſcunt, ut: νομίζω, οἶμαι, ἐλπίζω, ἡγοῦμαι, φημί, προσδοκῶ, & ſimilibus, licèt etiam ſine his uerbis inueniatur additum futuro apud autores: ut eſt illud Iſocratis in Areopa. ἡμεῖς γὰρ, ἢν μὲν οὕτως οἰκῶμεν τὴν πόλιν, ὥσπερ νῦν εἰκοῦμεν, οὐκ ἔστιν, ὅπως οὐκ ἂν, βουλευσόμεθα, καὶ πολεμήσομεν, &c. nos ſi inhabitaremus ciuitatem, quemadmodum nunc inhabitamus, quouis modo conſulturi eſſemus, & bellaturi. Itaq; quod Latini per coniunctiuum per ſe poſitum, hoc Græci etiam per alios modos efferunt, addita coniunctione ἂν: ut διδαξαίμην ἂν, uel ἐδίδαξα ἂν, εἰ ἐβουλήθης, docuiſſem ſi diſcere uoluiſſes.

Item quod Latini exprimunt per imperfectum coniunctiuum, dum de rebus tranſacto tempore promiſsis uel cogitatis loquuntur, hoc Græci per præſens, uel futurum loquuntur. τί πράξοι ἂν ἐννοεῖν ἤρξατο, quid ageret cogitare cœpit. ἔλεξε μέλλοντας, οἳ ποιήσοιεν ἂν ὀρθῶς, dixit futuros, qui rectè facerent. τί ἂν λέγοιτο οὐκ οἶδεν, non nouit quid diceret.

Et modò præcedit, modò ſequitur uerbum, ad quod refertur. ὅστις ἂν ταῦτα ἔχοι λέγειν, uel ὅστις ταῦτ᾽ ἔχοι ἂν λέγειν, quicunq; hæc poßit dicere.

Conſtruitur etiam cum particula γὰρ, interrogatiuè. σύ γὰρ ἂν ἐκεῖνον περιεώρης; ſineres tu illum?

Cùm autem ſine γὰρ ponitur, non habet eandem uehementiam: ut τί ποιεῖν ἂν οἴεσθε; quid facturos fuiſſe exiſtimatis?

Conſtruitur etiam cum ὅπως, & cum ὡς, & tum optatiuo, ſubiunctiuoq; conuenit: ἀγωνιζόμεθα, ὅπως ἂν τὴν νίκην προλάβωμεν, certamus, ut uictoriam præripiamus. μόνον σπουδάζω, ὅπως ἂν χαρισαίμην σοι, ſolùm ſtudeo quo'nam pacto gratificer tibi. Διδάξω, ὡς ἂν τῆς σοφίας βάθος μὴ ἀγνοίης, docebo, ut ſapientiæ profunditatem non ignores. Διηγήσομαι, ὡς ἂν τοῦτο καλῶς γένοιτο, narrabo quonam pacto hoc bene fieret.

## ΑΝ ΑΟΡΙΣΤΟΛΟΓΙΚΩΣ.

Aν indefinitè acceptum, plerunq; ſubiunctiuo conſtruitur: ὅ, τι ἂν λέγῃς, quodcunq; dicas. ὅσῳ ἂν διαφέρῃς, quantocunque differas. ὁποδαπὸς ἂν ᾖ, cuiaſcunque ſit. ὁπότερος ἂν ᾖ, uterlibet ſit. ὅποι ἂν ἔλθῃς, quacunq; eat.

Interdum cum optatiuo, ſed tum demum, cùm res præterita narratur. ἡνίκ᾽ ἂν εἰπεῖν τι κατὰ τούτων δέοι, cùm oporteret, uel cùm oportebat dicere quippiam aduer-

aduerſus hæc, ἂν, & ἐὰν, pro ἢν acceptæ inueniuntur etiam cum optatiuo. ὡς ἐὰν, ſiue ὡς ἂν πρότερός τις εἴποι, quaſi uerò ſi quis prior dixiſſet.

Appendix.

Ἄν potentialiter acceptum, ſiue indefinitè, ſæpè deeſt in oratione. Demoſthe. οὐδεὶς ποτὲ ἀνθρώπων εὕροι τὸ κατ' ἐμὲ οὐδὲν ἐλλειφθὲν, pro εὕροι ἂν, nemo unquam hominum inuenire poſſet delictũ aliquod in me.

Sæpè item abundat. Ariſtoph. in Pluto. ἦ τοι γ' ἂν ἔχοι τις ἂν δίκαιον ἀντειπεῖν ἔτι, quod iuſtum poſſet quiſpiam adhuc contradicere. In quo loco abundat alterum ἂν.

Ponuntur enim Græcis tum cæteræ orationis partes, ut dictum eſt, tum præcipuè cõiunctiones, ſic ut orationi adferant nonnunquam ornamenti aliquid, ſed nihil ſententiæ: quod potiſſimum fit in coniunctionibus expletiuis, & in ijs quæ hic ſequuntur.

ΟΥΝ.

Οὖν, ut ὅπερ οὖν ἐποίησεν, pro ὅπερ ἐποίησεν, quod fecit. ὥσπερ οὖν καὶ ἔχει, pro ὥσπερ καὶ ἔχει, quemadmodum ſe habet. ὡς οὖν, pro ὡς.

ΩΝ ἰωνικῶς.

ὦν non modò abundat, ſed etiam inter præpoſitionem, & uerbum compoſitum interponitur. ἀπ' ὦν ἔδοντο, pro ἀπέδοντο, reddebat. ἐξ ὦν εἷλον, pro ἐξεῖλον. ἀπ' ὦν ἔθαψεν, pro ἀπέθαψεν. κατ' ὦν

ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε.

T E.

τε, ut ἐφ᾽ ᾧτε, pro ἐφ᾽ ᾧ.

K A I.

καὶ, ut καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ λόγος ἀληθής ἐστιν, etenim ſermo ipſe uerus eſt.

A T T A.

ἄττα, ut ποῖ ἄττα, ἕτερ᾽ ἄττα, ut ſuprà dictum eſt.

O T I.

ὅτι, ut Ioan. 1. ὡμολόγησεν ὅτι οὐκ εἰμὶ ἐγὼ χριστὸς, confeſſus eſt, non ſum ego Chriſtus. Nam niſi abundaret ὅτι, ſenſus eßet Baptiſtam eſſe confeſſum, Euangeliſtam non eſſe Chriſtũ. Et cap. 4. καλῶς εἶπας ὅτι ἄνδρα, οὐκ ἔχω, bene dixiſti, uirum non habeo.

Quo etiam in loco, ὅτι non abundaret, nihil ſignificaret aliud, quàm rectè dixiſſe Samaritanam, quòd Chriſtus uirum non haberet. Item Marci 13. λέγοντες ὅτι ἐγώ εἰμὶ, dicentes ego ſum. Quo in loco ſi non abundaret ὅτι, ſenſus eſſet, uenturos qui dicerent, Chriſtum eſſe Chriſtum. Rurſus Apocalypſis 3. λέγεις ὅτι πλούσιός εἰμι, ego ſum diues: cùm alioqui eſſet ſenſus tu dicis me eſſe diuitem.

Ω Σ.

ὡς pro ὅτι, ut λέγεις ὡς καλὸς εἰμὶ, dicis, ego ſum formoſus.

Neq; ſolùm abundant Græcis orationis partes, ſed nonnun-

nonnunquã totæ orationes, uelutiεὖ οἶδ᾽ ὅτι, ut παῦλος, ὡς πασί, εὖ οἶδ᾽ ὅτι, ἐν γραφαῖς δῆλόν ἐστι, τὸν πέτρον ἐπετίμησε, Paulus (ut omnibus per ſcripturas manifeſtum eſt) Petrum increpauit.

## ΕΥ ΙΣΘΙ.

Abundat etiam interdum εὖ ἴσθι, quod Græcis uſui eſt eo loco, quo Latinis, mihi crede, ut οὐδεὶς, εὖ ἴσθι, τῶν ἀνόμων σωθήσεται, nemo, mihi crede, iniquorum ſeruabitur.

## ΤΕΛΟΣ ΣΥΝΤΑΞΕΟΣ.

## LINGVAE GRAECAE ſtudioſo S.

NE tibi aliquot obtruderemus pagellas uacuas, pia iuxtà ac erudita quædam candidorum uirorum candidè pieq; dicta hîc poſtponere uoluimus: ut uel ſic quodammodo tua per noſtros conatus ſtudia iuuaremus. Eſt enim hic noſtrorum ſudorũ finis uel præcipuus, efficere, ut Muſis tuis ſit non niſi optimè. Digna quidem hæc iudicamus, quæ à pijs omnibus, non eleganter modò, ſed ad unguem ediſcantur etiam. Tu fac boni æquiq; conſulas quicquid exhibuimus, animumq; amplectere bene tibi uolentem. Bene uale.

## Αἰσώπου.

Αἴσωπος θεασάμενος μειράκιον εὔμορφον, καὶ διὰ τοῦτο φιλούμενον ἔφη, ὦ μειράκιον σπούδασον τοὺς τοῦ σώματος ἐραστὰς ἐπὶ τὴν ψυχὴν μεταγαγεῖν.

Aeſopus adoleſcentem conſpicatus, ob inſignem formam ab omnibus adamatum: Coneris, ait, adoleſcens, eos qui corporis gratia tibi affecti ſunt, animi tui amatores facere.

## Ἀλεξάνδρου.

Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς ἰδὼν Διογένην κοιμώμενον ἐν πίθῳ ἔφη, πίθε μεστὲ φρενῶν. ὁ δὲ φιλόσοφος ἀναστὰς ἔφη ὦ βασιλεῦ μέγιστε, θέλω τύχης σταλαγμὸν ἢ φρενῶν πίθον: ἧς μὴ παρούσης δυστυχοῦσιν αἱ φρένες.

## ALEXANDRI.

Alexander rex uidens Diogenem in dolio decumbentem: O uas, ait, ſapientia refertum. At Philoſophus aſſurgens: Regum omnium, inquit, maxime, unam abs te fortunæ guttam expeto, uel dolium hoc (ut tu uocas) ſapientiæ illæſum mihi permaneat: quo ſine parum feliciter cum ſapientia agitur.

## Τοῦ αὐτοῦ.

ὁ αὐτὸς ἐπιστολὴν παρὰ τῆς μητρὸς ἀναγινώσκων αἰτίας ἀπορρήτους κατ᾽ ἀντιπάτρου καὶ διαβολὰς ἔχουσαν, ἅμα τῷ ἡφαιστίωνος ὥσπερ εἴωθεν συναγινώσκειν οὐκ ἐκώλυσεν, ὡς δὲ ἀνέγνω, τὸν δακτύλιον

λιον ἀφελόμενος, ἀπ' ἑαυτοῦ ἐν τῷ στόματι ἐκείνου τὴν σφαραγίδα, ἐπέθηκεν.

EIVSDEM.

Idem epiſtolam à genitrice miſſam, quæ occultas accuſationes & calumnias in Antipatrum continebat legens: Ephestionem quidem amicum, ſimul(uti conſueuerat)eundem legere paſſus eſt. Sed ea lecta, annulū ipſe ſibi digito detraxit, & ori illius ſigillum, ueluti reticentiæ ſymbolum, impreßit.

τοῦ αὐτοῦ.

ὁ αὐτὸς ὅστις λόγους παρακαταθήκης λαβὼν ἐξέειπεν, ἄδικός ἐστιν. ἢ ἀκρατὴς ἄγαν. ὁ μὲν διὰ κέρδος ἄδικος. ὁ δὲ τούτου ἀκρατής, ἴσως δέ γ' εἰσὶν ἀμφότεροι κακοί.

EIVSDEM.

Quiſquis ſermonem ſecreto commiſſum diuulgarit, malignus eſt: aut certè nimiùm immodeſtus. Et ſi quidē eſt, qui lucri ſtudio id egerit, improbus nimirum rectè dicitur: aut nulla ſpe quæſtus allicitur, tum incontinens habebitur. Sed quid? æquè profectò uterq; iniquus.

τοῦ αὐτοῦ.

ὁ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς τίνα μᾶλλον ποθεῖ τὸν πατέρα φίλιππον ἢ ἀριστοτέλην τὸν διδάσκαλον. ἔφη ὁ μὲν γὰρ τοῦ γενέσθαι, ὁ δὲ τοῦ καλῶς γενέσθαι αἴτιος.

EIVSDEM.

Interrogatus ipſe, utri magis eſſet affectus, Philippo pa-

po parenti, an Ariſtoteli præceptori? Reſpondit, Ille mihi ut eſſem cauſa fuit: hic uerò ut bonus eſſem.

τοῦ αὐτοῦ.

ὁ αὐτὸς βαρύ τι ἐπιταττούσης τῆς μητρὸς ὀλυμπιάδος, ἔφη ἐν παντὶ τῷ βίῳ τρεῖς μεταμελείας εἶναι μίαν μὲν τὸ τῇ γυναικὶ πιστεῦσαι λόγον ἀπόρρητον. ἕτερον δὲ πλεύσας, ὅπου δυνατὸν πεζεῦσαι. τὴν δὲ τρίτην, ὅτι μίαν ἡμέραν ἀδιάθετος ἔμεινεν.

EIVSDEM.

Idem, matre ſua Olympiade rem uehementer moleſtam imperante: in uniuerſa, inquit uita, trium me cepit pœnitudo. Primùm, quòd fœminæ id quod celari uellem, crediderim. Secundò, quòd naui illac profectus ſim, qua pedibus ire itidem licuiſſet. Tertiò, quòd unam diem inteſtatus egerim.

τοῦ αὐτοῦ.

ὁ αὐτὸς ἕνα τῶν ἰνδῶν τῶν ἄριστα δοκούντων καὶ λεγομένων διὰ δακτυλίου τὸν ἰσὸν ἀφιέναι; ἐκέλευσεν ἐπιδείξασθαι, καὶ βουλόμενον, ὀργισθεὶς ἀνελεῖν προσέταξεν. ἐπεὶ δὲ ἀπαγόμενος, ὁ ἄνθρωπος ἔλεγε πρὸς τοὺς ἄγοντας ὅτι πολὺς χρόνος δεξημάφ οὐ ἐπὶ χεῖρας τὸ τόξον οὐ κατέλαβον, καὶ τὸ ἀποτυχεῖν ἐφοβήθην, ταῦτα ἀκούσας ἀλέξανδρος ἐθαύμασε καὶ ἀπέλαβε μεταδώρων αὐτὸν,

ὅτι μᾶλλον ἀποθανεῖν ὑπέμεινεν ἢ τῆς δόξης ἀνάξιον φανῆναι.

## EIVSDEM.

Idem ex Indicis ſagittarijs præſtantiorem nactus, qui etiam per annulum telum torquere inſtructus uulgò iactabatur: hunc cùm iußiſſet artis ſuæ facere periculum, atque ille ſedulò negaret. Ira percitus Alexander, necari hominem imperauit. Atque is cùm ad ſupplicium duceretur, ad ducentes ait, multum interceßiſſe temporis, quo arcum manu non contrectaſſet: ſubuereri igitur ſeſe, ne imperitius ab inſtituto aberret. Id admiratus Alexander, uirum muneribus donatum dimiſit, eò quòd mortem ſubire potiùs in animum induxerit, quàm ulla in parte expers gloriæ uideri.

FINIS.

GASPAR

# GASPAR HOLSTERVS STOCHOLMIENSIS DOCTISSImo Iuris utriuſq; Licentiato, D. Ioanni Petri S. D.

CVM pro tuo propenſo in me animo, ac ueteri inter nos beneuolentia, multum me tibi debere intelligerem, nullaq́; reponendi meriti, ſpes ſupereſſet: eò quòd ob quorundam in nos maleuolentiam, à priſtina fortuna defluximus: ne tamen interim parum candidus haberer, ſatiùs eſſe credebam, quoquo modo gratæ mentis uoluntatem offerre, quàm ſilentij diuturnitate, ab omni remunerandi ſtudio alienus uideri. Itaque circumſpicienti mihi, qua ratione id cõmodiùs poſſem, ſuccurrebat ita demùm, eam tibi fore perſpectiſsimam, ſi quæ tibi ſcirem eſſe cordi, eadem etiam mihi eſſe curæ comprobarem. Quod cùm in multis conarer, nihil inueni expeditius, quàm ſi eximij uiri Ioannis Varennij περὶ προσῳδίας libellum, ueluti poſtliminio reſeruatum, publicandum darem: eò quòd hoc nomine illum magis commendatum iri poſteritati ſperabam:

quem tu uel iam immortalem omnibus uotis exoptas. Nec iniuria, cùm eo præceptore, cô ſis progreſſus, ut nunc meritò amicis honori, patriæ utilitati eſſe poßis. Porrò ſi quo es in Varennium affectu, non ſatis uidebitur ea, qua debuit dignitate, hic libellus prodire, id nolim noſtræ imputes negligentiæ: cùm ob locorum intercapedinem, graſſantemq́; iam undique belli furorem, non licuerit abs te aliud ἀντίγραφον petere: atq; meum ita inuenerim mutilum, ut non ſemel nobis Græci Grammatici fuerint conferendi, taceo quòd nec inuitùs accelerarim, ne debita hac in parte Varennio laus intercideret, cùm neſcio quid de Accentu præ manibus habere quoſdam intelligerem: qui uel ne Varennij umbram referre poſſent, utpote cuius multiplex eruditio iampridem doctis omnibus ſit perſpecta: quiq́; ex unico ſuo libello περὶ συντάξεως ἑλληνικῆς, tantum eſt gloriæ aſſecutus, quantum nec magni uiri ex iuſtis uoluminibus. Sed hæc nota ſunt. Neq; enim id pauci deplorant, quòd talis uir in medio uitæ curſu fatorũ iniuria orbi ereptus ſit. Cæterùm, ut ad inſtitutum redeam, tuum erit, ut dum pro debito tanto uiro, imò tali præceptori amore, hunc libellum hilari fronte ſuſcipis, noſtrum ſimul & in te qualecunque ſtudium probes: tum quoq;, ut pro tuo candore, patiaris ſtudioſos omneis tantæ cõmoditatis eſſe participes. Nam quanta hinc prouentura ſit linguæ Græcæ candidatis, utilitas (licet in ſe hæc minutila,

nutula, ac nullius momenti uideantur ) uel me tacente, intelligunt omnes, cũ nec ſyllaba, nec dictio apud Græcos ſine accentus cognitione, uel legi rectè, nec proferri queat. Atque pleriq; alioqui rectè in literis uerſati, hoc uno incommodo à Græcè ſcribendo deterrentur, quòd accentuum regulas nulla certa faciliq; methodo perdiſcere contigerit. Vale, Lutetiæ. anno à Chriſto nato. M. D. XLII. Cùm feret occaſio, ſalutabis ex me D. Nicolaum Micault, uirum ut omni humanitate, eruditioneq; præditum, ita nobis amiciſsimum.

IOAN-

# IOANNES VARENNIVS MECHLINIENSIS ΠΕΡΙ ΠΡΟΣΩδιῶν, id eſt, de accentibus Græcorum.

TONI ſunt tres: Acutus, Grauis, & Circumflexus.

Acutus, eſt nota ſuper uocalē aut diphthongum, à ſiniſtra parte in dextrā aſcendēs, hoc modo´.

Grauis uerò à ſumma in dexteram deſcendens, hoc modo`.

At circumflexus ex acuto conſtat & graui, hoc pacto˜.

Omnis dictio, ſiue monoſyllaba, ſiue polyſyllaba, uno duntaxat tono notatur, niſi ſequatur Enclytica, de quo infrà: idq́; uel in ultima ſyllaba, uel penultima, uel antepenultima. In quibus omnibus acutus locum habet, ut κακός, ἀθρόος, ἄνθρωπος.

Circumflexus in ultima & penultima tantùm locum obtinet, ut ποιῶ, δῆμος. Nunquam enim ponitur in antepenultima, quòd is locus ad ſolum acutum ſpectet. Nam in οἶκονδε, τοῖοσδε, & ſimilibus, ultimæ ſyllabæ aduentitiæ ſunt.

Grauis in omnibus intelligitur eſſe ſyllabis, quæ nec acuto ſignantur, nec circunflectuntur: & ob id ſyllabicus dicitur, ut in ποιέομαι, ποιοῦμαι. Omnes ſyl-

labæ grauantur, præter ἐ & οὖ. Verùm nunquam pingitur, niſi acutus uertatur in grauē: quod fit quoties poſt acutum finalem in eodem contextu orationis, ſequitur alia, non enclytica dictio: ut, ἀγαθὸς ἄνθρωπος, ibi ſyllaba poſtrema dictionis ἀγαθὸς, ſignatur tono graui, quod in eadem oratione ſequatur dictio ἄνθρωπος, non enclytica. Excipe τίς interrogatiuum, quod ſemper acuitur, τίς ἄνθρωπος.

DICTIONES.

Item quæ ſic uel ſic notantur, huiuſmodi inſigniuntur nominibus.

Οξύτονον, id eſt, in ultima acutum, ut Θεός.

Παροξύτονον, & βαρύτονον, id eſt, acutum in penultima: ut λόγος.

Προπαροξύτονον & βαρύτονον, id eſt, acutum in antepenultima: ut τύπτομεν.

Περισπώμενον, id eſt, circumflexum in ultima: ut πλακοῦς

Προπερισπώμενον & βαρύτονον, id eſt, circumflexum in penultima: ut δῶμα.

Nota, non eſſe idem Græcis quantitatem ſyllabarum, & tonum ſiue accentum. Nec accipiunt ſicut Latini à penultima, ſed ab ultima, ſi ea ſit breuis uel longa, ut in regulis generalibus patebit, & eſt uoculatio accentus facienda ubi ſignum alicuius horum tonorum fixum eſt.

Sylla-

*Syllabarum alia longa, alia breuis, alia communis.*

*Item longarum alia natura longa, alia poſitione.*

*Natura longa eſt, quæ uel η, uel ω, uel aliquam ex diphthongis complectitur, aut communem productam:* ἥρως, αἴαξ, καλός.

*Poſitione longa eſt, quando poſt uocalem ſequuntur conſonantes plures, uel una duplex.* φθέγγεια, ἄστρος, τύψω.

*Breuis, quæ habet breuem uocalem, aut communem correptam.* λόγος, φιλία.

*Communis, quæ eadem poteſt nunc eſſe breuis, nunc eſſe longa, quæ apud ueteres dum producebatur, notabatur uirgula plana ſuprapoſita ſic, -. Dum uerò corripiebatur, uirgula curua in hunc modum, ∪.* ᾱρες, ᾰρες.

## CANONES GENERALES.

1. *Vltima longa, tonus nequit eſſe in antepenultima ſyllaba, ſed in penultimam retrocedit: ut* ἄνθρωπος, ἀνθρώπου. *Excipe Attica,* μενέλεως, πώλεων: *nec poteſt penultima circumflecti, ſed uertitur in acutum.* Δῆμος, Δήμου, ἐρῶτες, ἐρώτων.

2. *Super ſyllabam breuem, aut poſitione longam, nunquam eſt tonus circumflexus:* ἡρακλῆς, ἡρακλέος. *Sed ſuper natura longam ſemper,* σῶμα, βοᾶτε, βοᾷ.

3 Breuis ante finalem breuem, aut longa ante finalem longam, ſi tonum habeat, ſemper acuitur: λόγος, ἥρως.

4 Breuis ante finalem longam acuitur, ut ἔρως.

5 Natura longa, ante finalem natura breuem, uel poſitione longam, ſi tonũ habeat, circumflectitur: Δῆμος, αὖλαξ.

In dictis regulis diphthongi αι & οι, in fine dictionis, non ſequente in eadem ſyllaba conſonante, pro breuibus habentur: μοῦσαι, ἄνθρωποι. Excipe aduerbia, ut οἴκοι: nam οἶκοι nomen eſt plurale: πάλαι tamen & πρόπαλαι, αι corripiuntur. Excipe etiam optatiuos, ut ποιήσαι feciſſet. Nam ποιῆσαι eſt infinitiuus Aoriſti primi actiui, & ποίησαι imperatiuus Aoriſti primi medij.

6 Omnis contractio ex acuto & graui, circunflectitur: βοάετε, βοᾶτε, ἑρμέας, ἑρμῆς, σιμόεις, σιμοῦς. Excipiuntur dualia in ω, quæ ſemper acuuntur, etiam contracta: τὼ νόω, νώ. ὁ νόος, νώϊ νῷ. Excipiuntur & caſus contracti, qui coincidunt cum alio caſu non contracto: τὴν λητόα λητώ, τὴν σαπφόα, σαπφώ. Verùm ex contractione grauis & acuti, nunquam fit circumflexus: ἑσαὼς, ἑστώς enim dicitur, non ἑστῶς. Nec ex duobus grauibus, ut δημοσθένεϊ δημοσθένει.

7 Omnia monoſyllaba ex contractione circumflectũtur: ut, παῖς, ῥοῦς, φῶς, φθοῖς, βῶξ, κρῆς, κῆς.

Sylla-

8 Syllaba, in quam non cadit contractio, ſeruat tonum, quem ante contractionem habuit. Δημοσθένεος, ἔνους, ποίεε, ποίει. Excipe χρυσοῦς, ἀργυροῦς, χαλκοῦς, à χρύσεος, ἀργύρεος, χάλκεος.

9 Si in nominibus ultima uocalis per apoſtrophum abiecta, ſupra ſe tonum acutum habuerit, ad præcedentem transfertur. Δεινά, Δείν᾽ ἔπη πέλει. In alijs uerò dictionibus unà cum uocali abijcitur ipſe tonus, ut κατὰ, κατ᾽ ἐμοῦ.

10 Omnis diphthongus finalis, habens υ, non ſequente in eadem ſyllaba conſonante, ſi tonum ſuſcipit, circunflectitur: εὖ, φεῦ, οὐδαμοῦ, ἐμοῦ, σοῦ, καλοῦ, αὐχροῦ, ὁμοῦ. Excipe ἰδού, ἰού, acutitona.

## DE NOMINE.

1 Nomina neutra plerunque primam ſyllabam accentuant: νόμισμα, σώκπι, ἔλεος, πῶυ, γῆρας, σόμα, Δῶμα.

2 Omnia monoſyllaba neutra circumflectuntur: ut πᾶν, πῦρ.

3 Omnis nominatiuus, qui non eſt contractus, ſi tonum habeat, in ultima acuitur.

## DE NOMINIBVS PRIMAE declinationis.

Omnis nominatiuus primæ declinationis habet penultimam acutam: χρύσης, αἰνείας, exceptis in της uerbalibus, à uerbis contractis, quæ acuunt ultimam, ποιη

τής, μιμητής. Item quibuſdam à uerbis non contractis, κριτής, δικαστής. In ας autem circumflexa, Dorica ſunt, ut κοσμᾶς.

## SECVNDAE DECLInationis.

Nominatiuus ſecundæ declinationis in α, ſi penultima ſit longa, habet tonum: μοῦσα, χώρα.

Subſtantiua in εια, formata ab adiectiuis in ης, acuuntur in antepenultima: ut ab ἀσθενής, ἀσθένεια.

Adiectiua fœminina tonum habent ſuorum maſculinorum: ἀγαθός, ἀγαθή, niſi regula generalis impediat, ut θεῖος, θεία, quod impeditur per primam regulam, propter quam etiam comparatiuus in ρα, penacuitur, etſi maſculinum ſit προπαροξύτονον, σοφώτερος, σοφωτέρα.

Nominatiuus in η purum in penultima ο præcedente aſpirata, penacuitur, χνόη, φθόη, χλόη.

## DE NOMINIBVS TERtiæ declinationis.

Subſtantiua in εῖον, penultimam circumflectunt: ἰχθυοτροφεῖον, μνημεῖον, βαλανεῖον, κουρεῖον.

Adiectiua uerò acuunt antepenult. ut ὁμάντειον.

Subſtantiua neutra in ιον, acuuntur in antepenultima, μυστήριον, ἐπισόλιον, ἐπινίκιον. Similiter adiectiua à locis formata, οὐράνιον.

Nomina in κον poſſeßiua ſemper acuuntur: ἀττικόν.

Verba

Verbalia in μος, ſunt acutitona, συλλογισμός.

Nomina tranſſubſtantia in νον, acuuntur in antepenultima, λίθινον.

Comparatiua in ρος & ρον, acuunt antepenultimam, Δικαιότερος.

Verbalia in τος, ſunt plerunque acutitona, πληκτός, παστός. Quæ ſi cum dictione componantur, cum qua uerbum componi nequit, accentum traducunt: σεληνόπληκτος, ἄπαστος, ἄψαλτος.

Compoſita cum ἐν, in antepenultima, ἔμμισον, ἔνθυμον.

Nomina Trochaica in compoſitione traducunt tonũ in antepenultimã: Δοῦλος, εὔδουλος, ὥρα, πρόωρος.

Nomina ἀπὸ κτείνω, uel τρέφω, ſi actiuè capiantur, acuunt penultimam: ſi paßiuè, antepenultimam: ut λυκτόνος, qui lupum occidit. τυραννοκτόνος, qui tyrannum occidit. λαοτρόφος, qui populum nutrit. Sed λυκόκτονος, qui à lupo occiſus eſt. τυραννόκτονος, qui à tyranno occiſus eſt. λαότροφος, qui à populo nutritur.

Compoſita nomina à πωλῶ cum præpoſitione, acuunt antepenultimam: ut πρόπωλος, ἀμφίπωλος. Si uerò cum alia orationis parte, acuunt penultimam: ut ὀνειροπόλος, θυηπόλος.

Diſſyllaba ſubſtantiua plerunq; in penultima acuuntur: ut λόγος. Adiectiua uerò plerunq; in ultima, ut

λεινός. Dico plerunque, quia μόνος penacuitur, & ἀγός dux, acuitur.

## DE NOMINIBVS QVARtæ declinationis.

Habentia plures quàm duas ſyllabas, ſemper acuuntur in antepenultima: ut εὔγεως, Μενέλεως, Νικόλεως. Idq; eſt Atticum, nam ultima eſt longa.

Nomina, quæ declinantur Doricè, ablatione ς, quædam ſunt grauitona, Λιώνδας: quædam circumflexa, ποδῆς: & unum in penultima circumflexum, λᾶας.

## DE NOMINIBVS QVINtæ declinationis.

Nomina in ω fœminina, ſunt acutitona: λητώ.

Nomina in αρ ſimplicia, ſunt acutitona, ut πάρ, Pan, ψιτάρ, præter πᾶρ omne, quod ſequitur ſuum maſculinum πᾶς. Compoſita uerò acuuntur in penultima. ἑρμόπαρ.

Nomina in ην & ιρ ſimplicia, & à quibus nullum formatur neutrum, ſunt acutitona: ut αὐχήν. Compoſita uerò, uel à quibus formatur neutrum, acuuntur in penultima: ut ἐριαύχην, εὔριρ.

Nomina in ιρ ſimplicia, ſunt acutitona: ut ῥίρ.

Nomina in ωρ comprehenſiua, ſunt acutitona: ut ἀγώρ, πυλεσφεώρ.

Propria adiectiua & gentilia in ωρ, acuunt penultimā: πλάτωρ, εὐδαίμωρ, πεντωρ. At ποσειδῶρ & ξενοφῶρ.

νοφῶν, contracta ſunt ex ποσειδάων, ξενοφάων.

Monoſyllaba in αιξ, ſunt acutitona, ut αἴξ.

Nomina ſimplicia in ξ, quæ habent plures quàm unam ſyllabam, acuunt penultimam: ἅρπαξ, πέρδιξ.

Nomina in ηρ, ſunt acutitona: ut πατήρ, σωτήρ. Excipiuntur μήτηρ, Δημήτηρ, θυγάτηρ.

In ας monoſyllaba circumflectuntur: ut πᾶς. In ας inflexa per δ, ſunt acutitona, ut Ἀρκὰς, λαμπάς, φυγάς, μονάς. Cætera in ας ſi ſunt maſculina, aut neutra, accentum habent acutum in penultima: ut τάλας, κρέας, & ſimilia, niſi canon generalis impediat, ueluti γῆρας circumflectit penultimam propter canonem quintum.

Monoſyllaba in αυς, non contracta, ſunt acutitona: Δαύς, ναύς.

Nomina in ευς, ſunt acutitona, ut ἀχιλλεύς, πηλεύς, Hæc tamen Dorice acuuntur in penultima: ἀχίλλευς, πήλευς.

In εις adiectiua acuunt penultimam, ut χαρίεις.

Nomina in ης adiectiua flexa per εος, ſunt acutitona, ut εὐγενής, ἀληθής. Excipe quæ plenitudinem ſignificant, πηλώδης. Et quædam compoſita acuunt penultimam, εὐμήκης, παμμεγέθης.

Nomina in ης propria compoſita, acuunt penultimam. Δημοσθένης, Ἀριστοτέλης, Σωκράτης.

Nomina in της fœminina abſtracta, acuunt penulti-

*mam: ut* ἑλότης. Excipe βραδυτής, ἁδροτής, ταχυτής, & δηϊοτής.

*Noĩa patronymica in* ις *ſunt acutitona, ut* πριαμίς.

*Nomina in* ις, *quæ formantur à nominibus tertiæ declinationis in* ος, *ſunt acutitona: ut* δμωίς, *à* δμῶος, αἰχμαλωτίς, *ab* αἰχμάλωτος.

*Nomina in* ις, *ſimplicia, diſſyllaba, acuunt penultimam, ut* ὄφις, πάρις.

*Nomina in* ις, *plurium quàm duarum ſyllabarum, declinata per* δ, *uel* τ, *acuuntur in antepenultima,* ἄδωνις, εὔπολις, εὔχαρις.

*Nomina in* ις, *fœminina, formata à maſculinis in* ης, *& declinata per* δ, *ſeruant tonum in eadem, in qua habet maſculinum:* στρατιῶτις, *à* στρατιώτης, δεσπότις *à* δεσπότης.

*Compoſita in* ις *ex diſſyllabis grauitonis tranſmittunt tonum in antepenultimam: ut* μῆτις, πολύμητις. *Similiter compoſita ex fœmininis in* η, *ut* ἀλκὴ, ἄναλκις. κνήμη, εὔκνημις.

*Nomina ſimplicia in* ους *circumflectuntur: ut* βοῦς. *Excipiuntur* πούς *&* ὀδούς *acutitona.*

*Nomina in* υς *ſubſtantiua, declinata per* δ, *uel quorum penultima eſt longa, ſunt acutitona: ut* χλαμύς, πληθύς. *Similiter omnia adiectiua in* δύς, ἡδύς. *Reliqua uerò acuunt penultimam, ut* βότρυς, *præter* ἰχθῦς, ὀσφῦς, διονῦς, ὀφρῦς, *& omnia monoſyllaba,*

*quæ*

quæ circumflectuntur, ut μῦς, σῦς.

Nomina in ω, & in ως, fœminina, ſunt acutitona: ut λητώ & αἰδώς.

## HAEC DE DECLINATIOne quinta.

SVnt præterea quæ in alio & in alio ſignificatu, alio & alio notantur tono: ut βίος uita, βιός arcus, πόνηρος agricola, πονηρός prauus. Verùm de his quoniam extat Cyrilli opuſculum, paulatim addiſci poſſunt, cùm regulis complecti nequeunt.

## DE GENITIVIS.

Genitiuus habet tonum in eadem, in qua nominatiuus: ut λόγος λόγου, ἀγαθός ἀγαθοῦ, niſi ultima longa impediat, ut Δίκαιος Δικαίου. Excipitur genitiuus ex Synæreſi, ut λᾶος, κῆρος, ἦρος, quæ contrahuntur, à λάαος, κέαρος, ἔαρος. Excipiuntur & diſſyllaba in ος, quæ ſi ſint nomina, acuuntur in ultima: ut βοός, γραός. Si uerò participia, grauitona ſunt, ut βάντος, σάντας. Excipiuntur & μητέρος, θυγατέρος, γυναικὸς, & μιᾶς, quæ habet tonum more Ionico.

Omnis genitiuus, cuius ultima eſt longa, ſi in ea tonum habeat, circumflectitur, præter λεώ & νεώ Attica, quæ acuuntur, eò quòd ω finale circumflecti non poßit, niſi in ἀποκοπῇ Attica, ut in ποσειδῶ pro ποσειδῶνα ſic ἱδρῶ, κυκεῶ.

## DE DATIVIS.

Datiuus ſemper habet tonum in eadem, in qua genitiuus, ut αὐνείου, αὐνείᾳ. Datiui deriuati uerò ſemper acuuntur in antepenultima, ut πολυπάταγι, μελίκρατι, διχόμηνι.

## DE ACCVSATIVIS.

Accuſatiuus in eadem habet tonum, in qua genitiuus, excipiuntur θυγατέρα, ἄνδρα, & γυναῖκα, quæ ſunt ex paßione. Item accuſatiui monoſyllabi in ν, circumflectuntur, ut κλεῖν, λῖν, μῦν, σῦν. Item genitiui diſſyllabi quintæ declinationis in ος, qui cùm ſint acutitoni, ut Διός, βοός, acuunt penultimam, Δία, βόα.

## DE VOCATIVIS.

Vocatiuus in eadem habet tonum, in qua nominatiuus. Excipiuntur δέσποτα, μητίετα, ἄνακτα, εὐρύοπα.

Item propria in ης, compoſita grauitona, uel ex ſynæreſi circumflexa, tonum remittunt in antepenultimam: ut Δημοσθένης, ὦ Δημόσθενες, ὁ Ἡρακλῆς, ὦ Ἡράκλεες, uel ὦ Ἡράκλεις per ſynæreſim. Sic & ὦ Σοφόκλεις, ὦ Περίκλεις, pro Σοφόκλεες & Περίκλεες.

Item in ων compoſita, quorum uocatiuus in ον deſinit, remittunt tonum in antepenultimam: ut ὁ Ἀγαμέμνων, ὦ Ἀγάμεμνον, ὁ κακοδαίμων, ὦ κακόδαιμον. Et in cæteris omnibus, præter compoſita à φρὴν, quæ acuuntur in penultima, ut ὦ Δαΐφρον, ὦ περίφρον, & præter ὦ Λακεδαῖμον, & ὦ Παλαῖμον, circumflexa

flexa in penultima.

Item nomina in ηρ, quorum uocatiuus in ερ, tranſmittunt tonum: ut ἡ θυγάτηρ, ὦ θύγατερ, ἡ εἰνάτηρ, ὦ εἴνατερ, ἡ δημήτηρ, ὦ Δήμητερ, ὁ ἀνήρ, ὦ ἄνερ, ὁ σωτήρ, ὦ σῶτερ.

Nota, quod uocatiuus in ευ nominum in ευς, circumflectitur: ὁ βασιλεύς, ὦ βασιλεῦ. quia ευ & ου diphthongi finales, ſi habent accentum, circumflectuntur, ut habet canon decimus.

## DE NOMINATIVO, ACCVſatiuo, & uocatiuo dualibus.

Hi tres caſus tonum habent in eadem, in qua nominatiuus ſingularis: ut αἴας, αἴαντε, πέρσις, πέρσα, ἵππος, ἵππω.

## DE GENITIVO ET DATIuo dualibus.

Hi caſus tonum habent in eadem, in qua nominatiuus dualis: ut αἰνεία, αἰνείαιν, τιμά τιμαῖν, λόγω λόγοιν, Μενέλεω Μενέλεῳν. Excipiuntur nomina quintæ declinationis, quæ habent genitiuum dualem conformem in tonis genitiuo plurali, ut αἰάντοιν, αἰάντων, & ſic de alijs omnibus præter χεροῖν, παιδοῖν, & μηκεοιν.

## DE NOMINATIVO plurali.

Nominatiuus pluralis in tono ſimilis nominatiuo ſingulari

gulari, ut λίθος λίθοι, χρυσός χρυσοί, præter formata à maſculinis. Hæc enim in tono ſimilia maſculinis, ut λιθίνη, λίθιναι, quia λίθινοι, ἡμέρα, ἥμεραι, quia ἥμεροι.

## DE GENITIVO plurali.

Genitiuus pluralis primæ aut ſecundæ declinationis circũflectitur: ὀρέσται, ὀρεστῶν, τιμαί, τιμῶν. Excipiuntur ὁ χλούνης, τῶν χλούνων, ὁ χρήστης, τῶν χρήστων, ἡ ἀφύα, τῶν ἀφύων. Excipiuntur & adiectiua, quorũ maſculina ſunt tertiæ declinationis: hæc enim tonum habent genitiui ſingularis ſuorum maſculinorum: ῥόδια, τῶν ῥοδίων, quia ῥόδιος ῥοδίου. σχετλιαστική, τῶν σχετλιαστικῶν, quia σχετλιαστικός, σχετλιαστικοῦ.

Genitiuus pluralis tertiæ & quartæ declinationis, tonum habet ſimiliter cum genitiuo ſingulari, & circumflectitur, ſi tonus ſit in ultima.

Genitiuus quintæ declinationis, ſi nominatiuus pluralis ſit diſſyllabicus, circumflectitur: μῆνες, μηνῶν. Excipe hæc decem: πάντων, Τρώων, δμώων, παίδων, φώτων, θώων, λάων, κράτων, δᾴδων, φῴδων. Si uerò nominatiuus pluralis plures habeat quàm duas ſyllabas, penacuitur, αἴαντες, τῶν αἰάντων. Excipe Attica, ut λέξεων.

## DE DATIVO plurali.

Datiuus pluralis tonum ſimilem habet datiuo ſingulari, præter παντί, πᾶσιν, & ea, in quibus α πλεονάζει. Hæc tonum habent in penultima, μητράσιν, θυγατράσιν. Item datiui μεταπεπλασμένοι, acuūt antepenultimam, ut πρόβασιν, ἄρνασιν, ἔγκασιν.

## DE ACCVSATIVO plurali.

Accuſatiuus pluralis tonum habet ut nominatiuus pluralis, niſi ultima longa impediat: nam ea transfert tonum in ſyllabam ſequentem proximè. οἱ δίκαιοι, τοὺς δικαίους.

## DE VOCATIVO plurali.

Vocatiuus pluralis ſimilem nominatiuo plurali tonum habet.

## DE VERBIS.

Verba in ω contracta, circumflectuntur: non contracta, penacuuntur.

Verba in μι, acuuntur in antepenultima: ἵστημι, τίθημι, præter εἰμί, φημί, acutitona.

Imperfectum ſemper acuitur in antepenultima: ἔτυπτον, niſi quid prohibeat, ueluti finalis longa, qua tonus antepenultimæ transfertur in penultimam, ἐποίουν.

Futu-

Futurum actiuum primum penacuitur, τύψω, præterquam in quinta coniugatione, quod ſemper circumflectitur, τεμῶ.

Futurum primum medium acuitur in antepenultima, ut τύψομαι, niſi ſit quintæ coniugationis, hoc enim circumflectitur in penultima, ut ψαλοῦμαι.

Indefinitum primum actiuum, ſi habeat antepenultimam, acuitur in ea, ἔτυψα. Si uerò non habeat, acuitur in penultima, ut ἦθλω.

Omnis imperatiuus acuitur in antepenultima, ſi habeat eam, πρόσμενε. Si uerò non habeat eam, acuitur in in penultima, μένε.

Excipe imperatiuum indefiniti ſecundi medij, quod circumflectit ultimam. τυποῦ. Excipe & εἰπέ, λαβέ, ἐλθέ, εὑρέ, ἰδέ, acutitona. In cæteris temporibus ac modis tales accentus, quales in coniugatione uerborum, τύπτω, ποιέω, & τίθημι.

In perſonis omnibus ſeruant tonum in eadem ſyllaba, quæ habet tonum in prima perſona ſingulari, niſi prohibeat ſyllaba quarta accidens, aut ultima longa: tūc enim transfertur in ſyllabam ſequentem, τύπτομαι, τυπτόμεθα, ἐτύπτεσθον, ἐτυπτέσθην.

Omne uerbum accentum habens ſuper ultimam longam circumflectitur: ποιῶ, τυφθῶ, unde ἔβην dum abijcit augmentum, circumflectitur βῆ. Excipe χρή, quod acuitur.

In trochaica compoſitione, id eſt, diſſyllaba, quorum prior eſt longa, poſterior breuis, non transferunt tonum: ut nomina, εἶπε, κατεῖπε, εἶχε, κατεῖχε. Excipe οἶδα, σύνοιδα, οἶσθα, σύνοισθα, & κεῖμαι, πρόκειμαι. κεῖσθαι tamen nõ transfert, dicitur enim προκεῖσθαι in penultima circumflexum.

## DE PARTICIPIIS.

Nominatiuus participij maſculini præſentis, futuri primi, & indefiniti primi uerborum actiuorum in ω, tonum habet in eadem, in qua uerbũ, ὁ τύπτων, ὁ τύψας, ὁ τύψων: præterea tria acutitona, ἰών, κιών, ἐών, à uerbis ἴω, κίω, ἔω.

Nominatiuus in ως, uel ος, uel ων, ab indefinito ſecundo, εις uel ὲν, indefinitorum paſſiuorum, acuuntur in ultima, τετυπώς, τετυφώς, τυπών, τυφθέν, τυπέν. Similiter actiua participia uerborum in μι, τιθείς, ἱστάς.

Deſinentia in μενος, omnia acuuntur in antepenultima, præter perfecta, quorum acuitur penultima, τετυμμένος: in εις acuuntur in ultima.

Quæ per genera ſic uariantur, ων, ουσα, ον, ſeruant eũdem tonum in omni genere: λέγων, λέγουσα, λέγον. In reliquis fit mutatio toni per genera & caſus, quemadmodum in nominibus.

## DE ARTICVLIS.

Articuli præpoſitiui ſemper habent ſpiritũ aut to-

tum,ſed nunq̃ utrunq;. Subiunctiui utrunq; habent. Nominatiui & accuſatiui præpoſitiuorum nõ aſpiratorum grauantur. Genitiui & datiui circumflectuntur.

## DE PRONOMINIBVS.

Ἐγώ & σύ, in ſingulari & duali ſemper ſunt acutitona, exceptis genitiuis, & accuſatiuo duali circumflexis. In plurali ſemper circumflectuntur.

ὅς in ſingulari & duali acuitur, demptis genitiuo & datiuo ſingularibus circumflexis: in plurali circumflectitur.

ἐμός, σός, & αὐτός in omni genere acutitona: τέος, ἑός, acuuntur in penultima.

Deſinentia in ςος, acuuntur in antepenultima.

οὗτος, ἐκεῖνος, circumflectuntur in penultina, & uariantur per genera & caſus more nominum.

## DE PRAEPOSITIONIBVS.

Præpoſitiones omnes in fine acuuntur, præter ἐν, εἰς, & ἐξ, quæ carent accentu.

Omnes præpoſitiones diſſyllabæ poſtpoſitæ ſuis nominibus, transferunt tonum apud Poëtas: ut ἐμῶν μέτα. Sed in oratione ſoluta ſolùm περὶ poſtponitur nominibus, & transfert tonum, τούτων πέρι.

Acuuntur etiam in antepenultima, quoties uerborum loco accipiuntur, πάρα pro πάρεστι, adeſt, πέρι pro περίεστι, excellens eſt.

Omnis præpoſitio incipiens à uocali, tenuem habet ſpiri-

ſpiritum, preter ὑπό & ὑπέρ.

## DE ADVERBIIS.

Aduerbia, quæ deſcendunt à genitiuis pluralibus, mutatione ν & σ, cum habent tonum, quem genitiui: at αἰσχρῶς, quia ab αἰσχρῶν, et μόνως, quia à μόνων.

Aduerbia interrogatiua diſſyllaba acuunt penultimam: πότε πόθεν, πόσον. Monoſyllaba circumflectũtur, πȣ͂, πῶς: Quem tonum habeant, dum infinitè capiantur: uide infrà de encliticis aduerbijs.

Deſinentia in υ, circumflectuntur, ut γρῦ.

ὄφελον, ἐπέκεινα, acuuntur in antepenultima: utpote compoſita ex trochaicis.

Ναί & εἰ, dum extenduntur per θε & χι, ut εἴθε, ναίχι, non uertunt tonum acutum in circumflexum. Nã extenſione dictionum indeclinabilium non mutant acutum tonum.

## DE CONIVNCTIONIBVS.

Copulatiuæ acuuntur, præter ἤτοι.

Cauſales acuuntur in antepenultima, ſi eam habeant. Si uerò eam non habeant, in penultima: ὄφρα, ἕνεκα, οὕνεκα. At διό, & καθό, duas continent dictiones.

Diſiunctiuæ ſunt acutitonæ, ἤ, ἠέ, præter ἤτοι certè, ut ſimiliter. ᾗ ubi, quatenus, cui. Circumflectuntur nec diſiunctiuæ.

Continuatiuæ acuuntur, ἐπεί, ἐπειδή, quibus dum

adijcitur, περ, eundem ſeruant tonum: ἐπείπερ, ἐπειδή-περ.

Aduerſatiuæ acuuntur in penultima: ὁμοίως, ἔμπης, ἀλλὰ, & ἀλλαμὴν, acuuntur: uerùm dum ἀλλά poſtponitur, non ſeruat tonum in eadem, quemadmodũ de præpoſitione dictum eſt.

ἆρα illatiua, igitur, circumflectit priorem.

ἄρα utiq;, particula expletiua, acuit eam.

Non poſſunt certæ regulæ tonorum tradi, quæ oẽis uoces Græcas in uniuerſum complectãtur: quare ſi quæ his præceptiunculis cognoſci nequeant, eæ ex uſu ſcribendi & exemplis percipientur.

## DE INCLINATIVIS.

Dictiones enclitica proprium tonum quandoquè transferunt, quandoq; amittunt, quandoque ſeruant ſuo loco.

Transferunt in dictionis præcedentis ultimam ſyllabam, eam uidelicet acuendo, dum dictio præcedens eſt προπαροξύτονον, aut παροξύτονον Trochaicum, aut προπερισπώμενον, ut ἤκουσάλυνος. ἄνδρά μοι, ἦλθέποτε. Quo fit, ut tunc dictio una duos poßideat tonos, nempe ſuum, & eum, quem transfert inclinatiua. In omnibus alijs inclinatiua ſi ſit monoſyllaba, amittit ſuum tonum, σοφός τις, σοφῶν τε, ἀτρείδης τε, πάρος γε, πλέκον τε. Si uerò diſſyllaba ſit præcedente ὀξυτόνῳ, uel περισπωμένῳ, amittit tonum ſuum, κα-

λόγον τινα, οὗ τινος, aliâs ſeruat, ἀνθρώπου τινός.

Nunquam duæ dictiones inclinantur ſimul, quare dum encliticæ concurrunt, non reijciunt tonum in eandem ſyllabam: ſed quæ prior eſt, in ultimam ſyllabam dictionis præcedentis, ſi capax ſit: & quæ eſt poſterior, reijcit in priorem encliticam, ἄνθρωπος τίς ποτε, uir quiſpiam. σοφός τίς εἰ, ſapiens quiſpiam eſt. ἀνθρώπου τινός ἐστιν. In omnibus partibus orationis inueniemus encliticas, præterquam in participijs & articulis.

Ex nominibus habemus τὶς infinitum cum obliquis, ἦλθέ τις, καί τινα. Et cum æquiualentibus, ueluti του & τευ ualent τινός, & τῳ ualet τινί, ut οὔ τέτῳ ἄλλῳ.

Sed τίς interrogatiuum cum obliquis, non inclinat accentum, ut ſuprà diximus.

Ex uerbis εἰμί, φημί, cum reliquis perſonis præſentibus. φέριστός εἰμι, αἵματός εἰς ἀγαθοῖο, μακάριόν φημι φῄς, φησὶ φασί.

Item dictio ἐστὶ non inclinat, ſed tonum habet in prima, cùm eſt initium orationis: ἔστι πόλις ἐφύρη. Aut quando poſtponitur immediatè his dictionibus, οὐκ, ὡς, καὶ, εἰ, ἀλλά, τοῦτο, ut οὐκ ἔστιν, καὶ ἔστιν, εἰ ἔστιν, ἀλλ' ἔστιν, τοῦτ' ἔστιν. Aliâs accentum inclinat, οἶκός ἐστιν, καλός ἐστιν, κακός ἐστιν, ἑρμῆς ἐστιν. Idq́; ſi dictio præcedens ſit apta inclinationi, nam ſi inepta, accentum habet in ultima: λόγος ἐστίν, ἥρως ἐστίν, μάντις ἐστίν.

*Quando autem dictio præcedens eſt apta inclinationi, dictum eſt pagina ſuperiori.*

*Eadem ratio eſt in condecliuis, εἰμί, εἰσί, ἐστί, & ἐσμέν. ἐσμὲν ἡμεῖς πάντες ἄνθρωποι, ἄνθρωποί ἐσμεν, καὶ ἔσμεν ζῶντες, πάντες ἐσμέν. Similiter in alijs.*

*Pronomina hæc ſemper inclinant: μου, μευ, μοι, με, τοι, σφιν, σφωε, γλυθί μευ, γάρ μοι, καί με. Verùm ἐμοῦ, ἐμεῦ, ἐμέ non inclinant.*

*Hæc uerò modò inclinant, modò non inclinant: σου, σευ, σεο, σοι, σε, ἕο, ἕυ, οἷ, ἕ, ἕθεν, σφι, σφων, σφισι, σφεας. Sunt autem enclitica, quando abſolutè dicuntur, & non referuntur appoſitione ad aliam perſonam, aut cùm ex ſuperfluo adijciuntur: ſi uerò dicantur emphaticè aut diſcretiuè, aut ſi per appoſitionem referantur ad aliam perſonam, non ſunt enclitica: ἤκουσά σου, audiui te, & non alium: ἤκουσα σοῦ, τοῦ Πέτρου, audiui te Petrum.*

*Aduerbia interrogatiua, accepta indefinitè, inclinant: accepta interrogatiuè, non inclinant: πόθεν ἦλθες; unde ueniſti? ἦλθέ ποθεν, uenit alicunde. πότε τοῦτ᾽ ἔστιν; quando hoc eſt? τοῦτ᾽ ἐστί ποτε, quandoque. πῶς οἶδας; quo pacto nouiſti? οἶδά πως, noui aliquo modo. Sic πῆ, πού, πώ, & ſi qua ſunt alia ſimilia.*

*Coniunctiones inclinatiuæ ſunt, τε, τοι, κε, κεν, γε, γαρ, νυ, περ, θην. που, & νυν pro dum: nam νῦν nunc, aduer-*

*aduerbium,& non inclinatur.*

*Item* ρα *encliticum eſt, quod deſcendit ab* ἄρα, ἄρα *autem non eſt encliticum, ſicut nec obliqua pronominis* ἐγώ, *uidelicet,* ἐμοῦ, ἐμοὶ, ἐμέ, *dum ſeruant priorem uocalem, quàm dum abijciunt, ſunt enclitica, quatenus ſuprà dictum eſt.*

## ΤΕΛΟΣ.

## ΜΟΣΧΟΠΟΥΛΟΣ ΠΕΡΙ προσῳδιῶν.

Προσῳδία, ποιὰ τάσις ἐγγραμμάτα φωνῆς ὑγιοῦς, κατὰ τὸ ἀπαγγελτικὸν τῆς λέξεως ἐκφερομένη, μετάτονος τῶν συνεζευγμένων περὶ μίαν συλλαβήν, ἤτοι κατὰ συνήθειαν διαλέκτου ὁμολογουμένη, ἢ κατὰ τὸν ἀναλογητικὸν ὅρον καὶ λόγον. οἱ ὁρισμοὶ ἀπὸ γένους καὶ συστατικῶν διαφορῶν συνεστήκασι κἀνταῦθα, τὸ μὲν ποιὰ τάσις, ἀντὶ γένους ἐστὶ, καθολικὴ γάρ ἐστιν ἐπὶ χειρὸς καὶ ποδῶν καὶ λίθων, καὶ ξύλων, καὶ ἄλλων λέγεται. τὸ δὲ ἐγγραμμάτου καὶ τὰ λοιπὰ, ἀντισυστατικῶν διαφορῶν ἡ προσῳδία. φωνὴ ποιά ἐστιν, ἢ ποιότητά τινα ἔχει, ἢ γὰρ ἐπιτεταμένη ἐστὶν, ἢ ἀνειμένη, ἢ μέση, αὕτη ἐστὶν ἢ ὀξύτονος, ἢ βαρύτονος, ἢ περισπώμενος. ἐπειδὴ ἡ φωνὴ διττή ἐστιν, ἔναρθρος καὶ ἐγγράμματος, ὡς ἡ ἐκ διανοίας

ἀνθρωπίνης παραπεμπομένη. καὶ ἄναρθρος ἤγουν γράφεσθαι μὴ δυναμένη, ὡς ἡ τῶν ἀλόγων ζώων, καὶ ὁ ἦχος ὁ ἀπὸ σιδήρου ἢ ξύλου ἢ τοιούτου τινὸς γινόμενος. καὶ ἡ σημαντικὴ ἐστὶν, ἢ ἀσήμαντος, καὶ ἄναρθρος σημαντική, ὡς ἡ τοῦ κυνὸς ὑλακή, σημαίνει γὰρ παρουσίας τινὸς ἐπιδημήσαντος. ἄναρθρος ἀσήμαντος, ὡς ὁ ἐκ λίθων ἦχος γινόμενος. ἔναρθρος ἀσήμαντος ὡς σκινδαψός, βλίτυρι. ἔναρθρος σημαντική, ὡς ὕδωρ, θάλασσα, καὶ ὅσαι κατὰ πραγμάτων φωναὶ τίθενται. ἐπεὶ οὖν καὶ ἄναρθροι φωναί εἰσι τάσιν ἔχουσαι, ὡς αἱ ἀπὸ σιδήρων καὶ ξύλων, ἃς οὐκ ἂν κυρίως φωνὰς εἴποι μὲν, διὰ τοῦτο προσέθηκεν ἐγγραμμάτους. ἐπεὶ δὲ εἰσὶ μὲν καὶ ἐγγράμματοι φωναί, οὐ δηλοῦσι δέ τι, τούτου χάριν εἶπεν ὑγιοῦς. ἤγουν σημαινούσης τί. πεποωμένη τάσις φησίν, οὐκ ὀφείλει ὡς ἔτυχεν ἐκφέρεσθαι, ἀλλ' ὑγιῶς καὶ ὀρθῶς, κατὰ τὸ ἀπαγγελτικὸν τῆς λέξεως ἐκφερομένη, ὀρθὴ τάσις. κατὰ ἀπαγγελίαν τῆς λέξεως ἐκφέρεται. τὸ ἁγνὸς εἰ μὲν σημαίνει τὸν καθαρὸν ὀξύνεται, εἰ δὲ τὴν βοτάνην ἄγνος λέγεται καὶ παροξύνεται. τὸ ἀργὸς εἰ μὲν ὀξύνεται, σημαίνει τὸν ῥᾴθυμον. εἰ δὲ παροξύνεται, ἄργος λέγεται, καὶ σημαίνει ὄνομα πόλεως. δεῖ οὖν φησὶ τὴν ὀρθὴν τάσιν, κατὰ τὴν σημασίαν τῆς λέξεως ἐκφέρεσθαι, τὸ δὲ μετά τινος τῶν συνεζευγμένων περὶ μίαν συλλαβήν. τοῦτο δηλοῖ, ὡς οὔτε τόνος χωρὶς

χρόνου

χρόνου εὑρίσκεται, οὔτε χρόνος χωρὶς τόνου. ἀλλ' οὐδὲ πνεῦμα αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἐκφέρεται, ἀλλὰ μετ' ἀλλήλων. εἰσὶ χρόνοι β. μακρὸς καὶ βραχύς. πνεύματα δύο, δασὺ, καὶ ψιλόν. τόνοι τρεῖς, ὀξύς, βαρύς, περισπώμενος. ταῦτα χωρὶς ἀλλήλων οὐκ ἐκφωνεῖται. τὸ ἥλιος ὄνομα, ἔχει καὶ χρόνον μακρὸν τὸ η, καὶ πνεῦμα τὸ δασύ, καὶ τόνον τὴν ὀξεῖαν, ἰδοὺ καὶ χρόνος, καὶ τόνος, καὶ πνεῦμα, ὁ τόνος χωρὶς πνεύματος ἐκφέρεται, καὶ πνεῦμα χωρὶς τόνου. ἄνευ δὲ χρόνου, οὔτε πνεῦμα, οὔτε τόνος, ὥσπερ οὐδὲ χρόνος ἄνευ τόνου. συνεζευγμένα, τοὺς χρόνους, τοὺς τόνους, καὶ τὰ πνεύματα ὀνομάζει, ὅτι καὶ τὸν περὶ προσῳδίας ὅρον ὑποδέχονται ταῦτα. τὸ δὲ ἤτοι κατὰ συνήθειαν διαλέκτου ὁμολογουμένην, ἤτοι κατὰ τὸν ἀναλογητικὸν ὅρον, καὶ λόγον τοὺς τρόπους διδάσκει, καθ' οὓς αἱ προσῳδίαι ἐκφέρονται. κατὰ διάλεκτον προάγονται, κατὰ ἀναλογίαν, καὶ κανόνα. ἀναλογίαν λέγει τὴν τῶν ὁμοίων παράθεσιν, τὸ μὲν ὅμοιος κατὰ ἀναλογίαν ἐκφέρεται, τὰ γὰρ διὰ τοῦ οιος, ἅπαντα προπερισπῶμεν. τὸ ἑτεροῖος, παντοῖος, γελοῖος, καὶ Ὅμηρος τῇ ἀναλογίᾳ ἀκολουθῶν, ἀεὶ τὸν ὁμοῖον ποτὶ τὸν ὁμοῖον φησίν, οἱ δ' ἀττικοὶ ὅμοιος λέγουσι, καὶ ἡμεῖς μὲν ἀναλόγως τρόπαιον λέγομεν, ὡς ἔλαιον, σπήλαιον, οἱ δ' ἀττικοὶ τροπαῖον. τὸ Ἀχιλλεὺς καὶ Πηλεύς, ἡμεῖς ὀξύνομεν, οἱ δ' αἰολεῖς βαρύνουσι, οὕτω καὶ τὸ εἰρτὸς οἱ ἀττικοὶ

δασύνουσιν, ἡμεῖς δὲ ψιλοῦμεν, οὐ μόνον οἱ τόνοι εἰσὶ προσῳδίαι, ἀλλὰ καὶ οἱ χρόνοι, καὶ πνεύματα. καὶ γὰρ οἱ χρόνοι τάσιν ἔχουσι, καθὸ ὁ μὲν αὐτῶν ἐκτείνεται, ὁ δὲ συστέλλεται. καὶ τὸ μὲν, ἐπιτεταμένως πρόεισιν ἐκ τοῦ θώρακος, τὸ δὲ ἐξ ἄκρων τῶν χειλέων συνεσταλμένως. Η προσῳδία διαιρεῖται εἰς τόνους, εἰς χρόνους, εἰς πνεύματα, καὶ εἰς πάθη. ζητητέον καὶ ποῖον τρόπον τῆς διαιρέσεως διαιρεῖται αὕτη. ὀκταχῶς γὰρ ἡ διαίρεσις. ἀπὸ γένους εἰς εἴδη, ὡς τὸ ζῶον εἰς ἄνθρωπον καὶ ἵππον. ἢ τὸ φυτὸν εἰς ἐλαίαν καὶ ἄμπελον, ἢ ἀπὸ εἴδους εἰς ἄτομα, ὡς ἄνθρωπος εἰς τοὺς κατὰ μέρος ἀνθρώπους. ἢ ἀπὸ ὅλου εἰς μέρη, καὶ αὕτη διχῶς, ἢ εἰς ἀνομοιομερῆ, ἢ εἰς ὁμοιομερῆ. εἰς ὁμοιομερῆ μὲν, ὅταν καὶ τοῦ ὀνόματος ὅλου καὶ ἀλλήλων μετέχουσι τὰ μέρη καὶ τοῦ ὁρισμοῦ. ὁ μέγας λίθος τέμνεται εἰς μικρὰ λιθίδια, ἅτινα καὶ τοῦ ὅλου λίθου τὸ ὄνομα, καὶ ἀλλήλων ἔχει τὸν ὁρισμόν. εἰς ἀνομοιομερῆ, ὡς ὅταν τὴν κεφαλὴν διέλομεν, εἰς ῥῖνα, ὀφθαλμοὺς, ὦτα. ταῦτα γὰρ οὔτε τῷ τοῦ ὅλου ὀνόματι λέγονται, οὔτε τῷ ἀλλήλων, οὔτε τὸν ὁρισμὸν τοῦ ὅλου δέχονται. ἢ ἀλλήλων, ἢ ἀπὸ ὁμωνύμου φωνῆς εἰς διάφορα σημαινόμενα, ὡς ἡ κύων φωνὴ διαιρεῖται εἰς τὸν ἀστρῷον, θαλάσσιον, χερσαῖον. ἢ ἀπὸ οὐσίας εἰς συμβεβηκότα, ὡς ὅταν εἴπωμεν τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν εἰσι λευκοί, οἱ δὲ μέλανες. ἢ ἀπὸ συμβεβηκότων εἰς συμβεβηκότα, τῶν λευκῶν. τὰ

μὲν εἰσι θερμά, ὡς ἡ ἄσβεστος, τὰ δὲ ψυχρά, ὡς χιών. καὶ ἀφ' ἑνὸς πρὸς ἕν, ὡς ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς τὸ ἰατρικὸν βιβλίον, τὸ ἰατρικὸν ἐργαλεῖον, ἀφ' ἑνὸς γὰρ τῆς ἰατρικῆς, πρὸς ἓν τὴν ὑγείαν ἀφορῶσιν. ἔνιοι μὲν οὖν ἔφασαν ὅσι ἀπὸ ὁμωνύμου φωνῆς εἰς διάφορα σημαινόμενα ἐστὶν ἡ διαίρεσις. οὐ καλῶς δὲ λέγουσι. διότι ἐπὶ τῶν ἀπὸ ὁμωνύμου φωνῆς εἰς διάφορα σημαινόμενα διαιρουμένων, οὐχ εὑρίσκεται τὸ κοινόν, οὐ τὸν ὁρισμὸν ἐπιδέχονται πάντα οἷον ὁ ἀστρῷος κύων, οὐκ ἐπιδέχεται τοῦ ζώου τὸν ὁρισμόν. ἐνταῦθα δὲ καὶ οἱ χρόνοι, καὶ τὰ πνεύματα, καὶ οἱ τόνοι, ἐπιδέχονται τὸν τῆς προσῳδίας ὁρισμὸν πλὴν τῶν παθῶν, ἅτινα, οὐ κυρίως λέγομεν προσῳδίας. ἄλλοι δέ φασιν ὅτι ἀπὸ ὅλου εἰς μέρη ὁμοιομερῆ γέγονεν ἡ διαίρεσις, ἐπεὶ καὶ τὸν ὁρισμὸν τοῦ ὅλου ἐπιδέχονται. καὶ τὸ ὄνομα, καὶ προσῳδίαι καλοῦνται οἱ τόνοι, οἱ χρόνοι, τὰ πνεύματα, καὶ τῆς προσῳδίας τὸν ὅρον ἐπιδέχονται. ἀλλ' ἀπιθάνως. οὗτοι φησίν, ὅτι πάντα τὰ ἀπὸ ὅλων εἰς μέρη ὁμοιομερῆ διαιρούμενα, οὐ μόνον τοῦ ὅλου τὸν ὁρισμὸν ἐπιδέχονται καὶ τὸ ὄνομα, ἀλλὰ καὶ ἀλλήλων. ἐνταῦθα δὲ οἱ τόνοι, οὐ καλοῦνται χρόνοι, οὐδὲ οἱ χρόνοι, τόνοι, οὐδὲ τὸν ὁρισμὸν ἀλλήλων ἐπιδέχονται, ἀλλ' οὐδὲ εἰς ἀνομοιομερῆ, μέρη. διότι τὰ ἀνομοιομερῆ, οὔτε ἀλλήλοις οὔτε τῷ ὅλῳ ὁμώνυμος λέγεται. ἀλλ' οὐδὲ τὸν ὁρισμὸν ἐπι-

δέχον-

δέχονται τοῦ ὅλου. τὸν αὐτὸν ἠχεῖς, οὐ κληθείη ἄν-
θρωπος, οὐδὲ τὸν ὁρισμὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐπιδέξε-
ται. ἔτι δὲ οὐδ' ὡς γένος εἰς εἴδη, εἰ γὰρ καὶ τὸν ὁ-
ρισμὸν ἐπιδέχεται, καὶ τὸ ὄνομα τῆς προσῳδίας,
ὥσπερ τὰ εἴδη τοῦ γένους, ἀλλὰ τὰ εἴδη ὁλόκληρον
τὸ ἀποτελοῦσιν, οἷον ὁ ἐπιστάμενος ἓν μόνον εἶδος
τῆς ῥητορικῆς, οὐκ τέλειος ῥήτωρ ἐστίν. ὁ δ' ἐπιστάμε-
νος τοὺς τόνους μόνους ἀκριβῶς, οὐχὶ καὶ τοὺς χρό-
νους, καὶ τὰ πνεύματα, οὐκ ἔστι τέλειος γραμματι-
κὸς κατὰ τοῦτο. τούτων οὕτως ἐχόντων, καὶ ὑπ' οὐ-
δεμίαν διαίρεσιν ἀναγομένης τῆς προσῳδίας, ὁ Φι-
λόπονος λέγει. ὅς ἐστι περὶ τῶν προσῳδιῶν δια-
λαμβάνει: ὡς οὐκ ἔστιν αὕτη διαίρεσις, ἀλλ' ὑποδιαί-
ρεσις. διαίρεσις γὰρ τῆς γραμματικῆς ὡς ὅλου εἰς
μέρη, εἰς ταῦτα τὰ δ. ἀναγνωστικόν, ἐξηγητικόν, δι-
ορθωτικόν, καὶ κριτικόν. τὸ ἀναγνωστικὸν ὑποδιαιρεῖ-
ται εἰς ὑπόκρισιν προσῳδίαν, διαστολήν. ἡ δὲ προ-
σῳδία, εἰς τόνους, εἰς χρόνους, εἰς πνεύματα καὶ πά-
θη. τὰ δὲ πάθη οὐκ εἰσὶ κυρίως προσῳδίαι. ἀλλὰ κα-
ταχρηστικῶς, αἱ, ζ, προσῳδίαι ἐπάνω φωνηέντων τί-
θενται, τῶν δὲ τριῶν τούτων ἡ μὲν μία ἡ ἀπόστρο-
φος, ἐπάνω συμφώνων τίθεται, ἐπ' ἐμοῦ, ἐπάνω
γὰρ τίθεται τοῦ συμφώνου τοῦ ὄντος τελευταίου τῆς
πρώτης λέξεως, δηλοῦντα ὡς ὧδε πάθος γέγονε, τὸ
φωνῆεν ἦν μετὰ τοῦ συμφώνου, καὶ ἀπεγράφη. ἡ δὲ
ὑφὲν καὶ ὑποδιαστολή, ὑποκάτω τίθενται, καὶ ἡ μὲν

ὑφὲν

ὑφὲν δηλοῖ ἕνωσιν ὡς φιλόθεος, ἀρχομένη ἀπὸ τοῦ τελευταίου φωνήεντος τῆς πρώτης λέξεως, καὶ τὴν μετὰ ταῦτα λέξιν, ὁμοῦ συμπεριλαμβάνουσα ὄξιν, οὕς. εἰ μὲν βούλει εἰπεῖν, ὑπάρχει ὠτίον, τίθης τὴν ὑποδιαστολὴν ὑποκάτω τοῦ ν, καὶ τὰ τρία ταῦτα ἡ ἀπόστροφος, ὑφὲν καὶ ὑποδιαστολή, οὐκ ἐγένοντο ἀπὸ στοιχείων, αἱ δὲ, ζ, προσῳδίαι ἀπὸ στοιχείων τὰς γενέσεις ἔχουσιν, ἡ μὲν ὀξεῖα καὶ βαρεῖα, ἀπὸ τοῦ, λ, στοιχείου, ἡ δὲ περισπωμένη καὶ μακρά, καὶ βραχεῖα, ἀπὸ τοῦ, θ, ἡ δὲ δασεῖα καὶ ψιλή, ἀπὸ τοῦ, γ, οὐ δ' ὅρος τῆς προσῳδίας ἁρμόζει τοῖς πάθεσιν. ὁμωνύμως οὖν λέγονται καὶ οὐ συνωνύμως. ἐπεὶ γὰρ καὶ ἐν ταύταις πρὸς τὰ πάθη ᾄδονται αἱ φωναί, διὰ τοῦτο προσῳδίαι λέγονται. ἐν τῷ, ἀντ' ἐμοῦ, βλέπων τὴν ἀπόστροφον, οὐ λέγω ἀντὶ ἐμοῦ, ἀλλ' ἀντ' ἐμοῦ. καὶ ἐν τῷ χειρίσοφος βλέπων τὴν ὑφὲν, οὐ λέγω, χειρίσοφος βλέπων τὴν ὑφὲν, οὐ λέγω, χειρὶ σοφός. ἐν τῷ οὐκ ἴσιν, ἄξιος, πείθειμοι ὑποδιαστολὴ ὑποκάτω τοῦ, ν, κειμένη, λέγειν ἄξιος, ὥστε κατὰ τὴν ἐτυμολογίαν λέγονται τὰ πάθη προσῳδίαι, ἀλλ' οὐ κατὰ τὸν ὅρον.

ΤΕΛΟΣ.

Τῶν φωνῶν

| | |
|---|---|
| αἱ μὲν ἔναρθροι καὶ ἐγγράμματοι, ὡς αἱ τῶν ἀνθρώπων. | αἱ δὲ ἄναρθροι, καὶ ἀγράμματοι. ὡς αἱ τῶν ἀλόγων ζώων, καὶ εἰ ἀπὸ ἀψύχων γινόμενοι ἦχοι. |

| Τῶν δ᾽ ἐνάρθρων | | Τῶν δ᾽ ἀνάρθρων | |
|---|---|---|---|
| αἱ μὲν σημαντικαί. ἔναρθρος σημαντική, ὡς ὕδωρ θάλασσα, | αἱ δὲ ἀσήμαντοι. ἔναρθρος ἀσήμαντος, σκινδαχός, βλίτυρι. | αἱ μὲν σημαντικαὶ ἄναρθρος σημαντική, ἤτοι κυνὸς ὑλακή. | αἱ δὲ ἀσήμαντοι, ἄναρθρος ἀσήμαντος, ὡς ὁ ἐκ λίθων καὶ ξύλων ἦχος. |

SEQVITVR DE DIALECTIS DIVERſis declinationum Græcanicarum, tam in uerbis, quàm nominibus, libellus longè utiliſsimus, ex Corintho, Ioanne Grãmatico, Plutarcho, Ioanne Philopono, atque alijs eiuſdem claßis, collectore Hadriano Amerotio, in gratiam illorum, qui Poëtas Græcos intelligere cupiunt: quem non abſq; ratione recenti huic de Accentibus opuſculo adiecimus: tum quòd ipſa libellorum exiguitas & concinnitas quodammodo id requireret: tum etiam, ut ſtudioſis, quæ ipſo argumento & materia non admodum diuerſa, in diem ferè coinciderent, coniuncta hoc pacto traderemus.

# DE DECLINATIONIBVS ET CONIVGATIONIBVS GRAECIS, SEcundùm uaria Idiomata.

GRAECORVM linguæ tot penē ſunt, quot nationes: ex his tamen præcipuæ quinque celebrantur, ἀτθὶς, αἰολὶς, ἰωνὶς, Δωρὶς, & κοινὴ, id eſt, Attica, Aeolica, Ionica, Dorica, Communis: quarum Communis nõ alicui genti peculiaris habetur, ut cæteræ: ſed ea eſt, qua communiter ac promiſcuè Græci omnes utuntur.

Quemadmodum Iones α in η mutare conſueuerunt, præterquam in nominibus Doricis, (ea autem ſunt, quæ terminantur in ας, in quibus declinatio Dorica in communi uſu recepta eſt, quæ in compendio Grammaticæ noſtræ Græcæ tradita ſunt) ita Ionibus contrarij Dores, η in α, in omnibus partibus orationis cuiuſcunq; numeri, caſus, & perſonæ fuerint, ut:

| Communiter, | Ionicè, | |
|---|---|---|
| ὁ ἑρμείας | ὁ ἑρμείης | Hermeas. |
| ὁ αἰνείας | ὁ αἰνείης | Aeneas. |
| ἡ σοφία | ἡ σοφίη | ſapientia. |

ἡ ἡμέ-

| | | |
|---|---|---|
| ἡμέρα | ἡμέρη | Dies |
| Communiter | Dorice | |
| ὁ χρύσης | ὁ χρύσας | chryſas |
| ὁ κρονίδης | ὁ κρονίδας | ſaturnides |
| ἡ τιμή | ἁ τιμά | honor |
| φιλήσω | φιλάσω | diligam. |

Prima declinatio duntaxat in genitiuis ſingulari & plurali uarietatem idiomatum recipit. Nam genitiuus ſingularis in ου communiter, in α Dorice, in αο Aeolice & Bœotice, & in εω Ionice deſinit, ſed genitiuus Ionicus apud poëtas ſyncopē uocalis ε patitur. Genitiui aūt ſingulares in α, ο, uel ω deſinentes, adiecta litera ν, formant genitiuos plurales, ſed ο in ω conuerſo. Secundæ declinationis tantùm genitiuus pluralis uariatur idiomatibus iiſdem & eodem modo, quo genitiuus pluralis primæ. Hæ genitiuorum formationes his dictionibus cōtinentur, φρουδα, ἔβαο, ἰέω, παχνόων.

Exempla.

| | Genitiuus ſingularis. | | Pluralis. | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | Primæ | | Primæ | Secundæ. | |
| ὁ ἑρ- | ἑρμείου | φρου- | ἑρμειῶν | ἡμερῶν | Coiter |
| μεί- | ἑρμεία | δα τοῦ | ἑρμειᾶν | ἡμερᾶν | Dorice |
| ας τοῦ | ἑρμείαο | ἔβαο | ἑρμειάων | ἡμεράων | Aeol. Bœo. |
| | ἑρμείεω | ἰέω | ἑρμειέων | ἡμερέων | Ionice. |

ἑρμείω poëtæ per ſyncopen: ſic βορέω ex βορείω.

*Primæ declinationis uocatiuus ſingularis in α deſinens, pro nominatiuo uſurpatur à poëtis, ut:*

ὁ ἀρχύτα ⎫ ὁ ἀρχύτας *archytas*<br>
ὁ μητίετα ⎬ pro ὁ μητιέτης *prudens*<br>
ὁ θυέστα ⎭ ὁ θυέστης *thyeſtes*

*Tertia declinatio tantùm in genitiuo ſingulari & duali, & accuſatiuo plurali uaria idiomata admittit, ſiquidem genitiuus ſingularis in ου communiter deſinens in οιο more Theſſalico, Attico, & Ionico, & in ω Dorice terminatur. Genitiuus dualis inter οι & ν, adſumit ι, more Ionico. Accuſatiuus pluralis in ως, & in ος Dorice deſinit: has terminationes continent hæ dictiones: γλύοιο, θαλαττίων, ὧδε, ἄδορος.*

Exempla.

ὁ λόγος, τοῦ { λόγου, λόγοιο, γλύοιο θαλαττίων. *id eſt, genitiuus in* οιο *Theſſalicus, Atticus, Ionicus.* λόγω, ὧδε *gtūs in* ω *Doricus.*

τοῖν { λόγοιν, λόγοιϊν. *Ionice* τοὺς { λόγους, λόγως, λόγος, ὧδε ἄδορος *Communiter Accuſa. Dori. in* ως & ος.

*Hæc neutra nomina,* ἄλλο, τοιοῦτο, τοσοῦτο, τηλικοῦτο, *id eſt, aliud, tale, tantum, & pronomina,* αὐτὸ, τοῦτο, ἐκεῖνο, *id eſt, ipſum, hoc, illud, per remotionem literæ* ν, *dicta ſunt, quanquam etiam in* ον *eorum ple-*

raque deſinere comperiuntur: unde eorum quoq; declinationem adhuc retinent, cùm genitiuum in ου, & datiuum in ῳ mittant.

De nominibus, quæ Proſchematiſmum, Metaplaſmum, uel Apocopē patiuntur. Quæ Proſchematiſmum patiantur.

Datiuis pluralibus in σ terminatis, Dores, Attici, & Iones, ι uocalem per Proſchematiſmum adiungere ſolent: ſed αις terminationem datiui pluralis in ῃς conuertunt Iones, ut:

| | | | |
|---|---|---|---|
| ἀτρείδαις | ἀτρείδαισι | ἀτρείδῃς | ἀτρείδῃσι |
| μούσαις | μούσαισι | μούσῃς | μούσῃσι |
| λόγοις | λόγοισι | τοῖς | τοῖσι. |

τοῖσδε uerò accipit σι, ut τοίσδεσι.

Quarta declinatio Attica eſt: eius tamen genitiuò ſingulari Poëtæ adiungere ſolent ο, per Proſchematiſmum, ut:

| | | | |
|---|---|---|---|
| ὁ πετεὼς | πετεῶ | πετεῶο | adiecto ο, per |
| ὁ ταλαὼς τοῦ | ταλαῶ et | ταλαῶο | Proſchematiſmum poëticè. |
| ὁ μίνως | μίνω | μινῶο | |
| ὁ ἀνδρόγεως | ἀνδρόγεω | ἀνδρογεῶο | |

Nomina & Pronomina Proſchematiſmum ſyllabæ θι, pati ſolent apud Poëtas, fiuntq; indeclinabilia, quorum caſus & numeri ex ſola orationis ſententia diſcerni poſſunt: ſunt enim cuiuslibet caſus & numeri, ut:

ἑτέρα

| | | |
|---|---|---|
| | ἑτέρα altera | ἑτέρηφι |
| ἡ | οὐρανία urania | οὐρανίαφι |
| | ἐσχάρα craticula | ἐσχάραφι |
| | εὐνὴ cubile | εὐνῆφι |
| | νευρὰ neruus | νευρῆφι |
| | ἀγέλη armentum | ἀγέληφι |
| | ἔννη prima menſis | ἔννηφι |
| ἡ | βία uiolentia | βίηφι |
| | φήτρη cognatio | φήτρηφι |
| | θύρα ianua | θύρηφι |
| | παλάμη palma | παλάμηφι |
| | πόντος pontus | πόντοφι |
| ὁ | στρατὸς exercitus | στρατόφι |
| | δεξιὸς dexter | δεξιόφι |
| | χαλκὸς æs | χαλκόφι |
| | ἴκριον tabulatum | ἰκριόφι |
| | ὀστέον os | ὀστέοφι |
| | δάκρυον lachrymæ | δακρύοφι |
| τὸ | ὄρος mons | ὄρεσφι |
| | στῆθος pectus | στήθεσφι |
| | ἡ κοτυληδὼν coxa | κοτυληδόνοφι |
| | ὁ αὐτὸς ipſe | αὐτόφι. |

## Quæ Metaplaſmum patiuntur.

Datiuus ſingularis ſecundæ declinationis, item datiuus ſingularis, & pluralis tertiæ, & accuſatiuus ſingularis eiuſdem, Metaplaſmum patiuntur, ut:

| | | |
|---|---|---|
| τῇ ὑσμῖνι | ὑσμίνῃ | bello |
| τῇ ἀλκὶ | ἀλκῇ | robori |
| τῷ κλαδὶ | κλάδῳ | ramo |
| τῷ πολυπάταγι | πολυπατάγῳ | multiſtrepo. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| τῷ | διχομήνι | διχομήνῳ | ſemilunio |
| | μελίκρατι | μελικράτῳ | mulſo |
| | λιτί | λιτῷ | lineo pãno. |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | ἄστρασι | | ἄστροις | aſtris |
| | ἔγκασι | | ἐγκάτοις | inteſtinis |
| τοῖς | πρόβασι | pro | προβάτοις | ouibus |
| | πετάλσι | | πετάλοις | folijs |
| | ἀνδραπόδεσσι | | ἀνδραπόδοις | mancipijs |
| | προσώπασι | | προσώποις | perſonis. |

Quæ patiantur apocopen.

Secunda declinatio patitur apocopen, ut γλῆ pro γλήνη, id eſt, pupilla. Itidem & tertia, ut:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| τὸ | ἄλφι | pro | ἄλφιτον | farina |
| | ἔρι | | ἔριον | lana |
| | τρόφι | | τρόφιμον | nutritum |
| τὸ | κάρα | pro | κάρηνον | caput |
| | κρῖ | | κρῖμνον | ordeum |
| | γλάφυ | | γλάφυρον | antrum |

Quinta declinatio etiam apocopen patitur in omnibus caſibus ſingularis numeri.

In

| | | |
|---|---|---|
| | σκέπα | σκέπασμα tegmen |
| | ὕφα | ὕφασμα textura |
| In nto, ut τὸ | ἄλειφα pro | ἄλειφαρ pinguedo. |
| | γάλα | γάλαξ lac |
| | δῶ | δῶμα domus. |
| In geniti-uo, ut | τοῦ αἴαν pro | αἴαντος aiacis |
| | τοῦ θόαν | θόαντος thoantis. |
| | δαΐ | δαΐδι pugnæ |
| | θέτι | θέτιδι thetidi |
| In dto, ut τῇ | τρόπι pro | τρόπιδι carinæ |
| | μάστι | μάστιγι ſcuticæ |
| | παράκοιτι | παρακοίτιδι uxori |
| τῷ | ἱδρῷ | ἱδρῶτι ſudori |
| | ἀπόλλω | ἀπόλλωνα Apollinem |
| In acto, ut τὸν | ποσειδῶ pro | ποσειδῶνα neptunum. |
| | ἱδρῶ | ἱδρῶτα ſudorem. |

Sed ὁ καὶ ἡ κυὼν κυνός, id eſt, hic & hæc canis, ſyncopen patitur literæ o per omnes numeros & caſus: nam κυὼν κυόνος declinandum erat.

Vocatiuum ſingularem quintæ declinationis in αν, uel in ουν exeuntem, poëtæ ſubtracto ν finali, per α & ου pronunciare ſolent, ut:

| | Communiter | Poëtice |
|---|---|---|
| ὁ λαοδάμας | λαοδάμαν | λαοδάμα |
| ὁ πολυδάμας | πολυδάμα | πολυδάμα |
| ὁ σιμοῦς | ὦ σιμοῦν | ὦ σιμοῦ |
| ὁ πλακοῦς | πλακοῦν | πλακοῦ |

Nomina & participia in ας quintæ declinationis, interiecto ι, per αις efferunt Aeoles: ut τάλαις, μέλαις, θόαις: pro τάλας, μέλας, θόας, id eſt, miſer, niger, thoas: ſed αἴαις pro αἴας, non dicitur, propter duarum diphthongarum αι αι, alternationem.

Datiuum pluralem quintæ declinationis, Iones & Aeoles à genitiuo ſingulari formant, ος in ες conuerſa, & addito σι, ut:

| | | | |
|---|---|---|---|
| ὁ Αἴας | τοῦ Αἴαντος | τοῖς ἀντεσι | Aiax |
| ἡ τρυγών | τῆς τρυγόνος | τοῖς όνεσι | turtur |
| τὸ βῆμα | τοῦ βήματος | τοῖς άτεσι | gradus. |

Datiuus pluralis in ι, ac tertijs perſonis uerborum omnium in ε, uel in ι, deſinentibus, communes quidem ν, appendicem addere ſolent, ſequente dictione à uocali incipiente. Attici uerò, etiam ſequente conſonante. Iones nunquam, utpote qui in prædictis caſibus & perſonis, ι uel ε per Apoſtrophen elidant, ut:

| | | |
|---|---|---|
| ἀτρείδαισι | ἀτρείδαισιν | atridis |
| ἀτρείδῃσι | ἀτρείδῃσιν | atridis |
| μούσαισι | μούσαισιν | muſis |
| μούσῃσι | μούσῃσιν | muſis |
| λόγοισι | λόγοισιν | ſermonibus |
| αἴασι | αἴασιν | aiacibus |
| αἰάντεσι | αἰάντεσιν | aiacibus |
| τρυγόσι | τρυγόσιν | turturibus |
| τρυγόνεσι | τρυγόνεσιν | turturibus |

βήμασι

| | | |
|---|---|---|
| βήμασι | βήμασιν | *gradibus* |
| βημάτεσσι | βημάτεσσιν | *gradibus* |
| τύπτουσι | τύπτουσιν | *uerberant* |
| τύψουσι | τύψουσιν | *uerberabunt* |
| τυποῦσι | τυποῦσιν | *uerberabunt* |
| τετύφασι | τετύφασιν | *uerberauerunt* |
| τετύπασι | τετύπασιν | *uerberauerunt* |
| ἔτυπτε | ἔτυπτεν | *uerberabat* |
| ἔτυψε | ἔτυψεν | *uerberauit* |
| τέτυφε | τέτυφεν | *uerberauit* |
| τέτυπε | τέτυπεν | *uerberauit* |
| ἔτυπε | ἔτυπεν | *uerberauit* |
| τίθησι | τίθησιν | *ponit.* |

### *De uerbis iuxta linguarum uarietatem.*

*ATtici duplex ττ, pro duplici σσ pronunciant: ut θάλασσα, ὀρύσσω communiter: θάλαττα, ὀρύττω Atticè, id eſt. mare, fodio. Interdum etiam ſimplex σ, in ſimplex τ commutant, ut σήμερον, communiter, τήμερον Atticè, id eſt, hodie.*

ου diphthongus Doricè mutatur in

ου diphthongum tribus modis mutant Dores. Nam in nominibus ſi non ex craſi nata ſit, in

ω ω conuertunt: ut, μοῦσα, βουκόλος communiter: μῶσα, βωκόλος Doricè, id eſt, muſa, bubulcus: ſi uerò ex craſi proueniat,

ευ uertunt in ευ, idq; in nominibus, uerbis, & participijs: ut Δημοσθένεος, Δημοσθένους, Δημοσθένευς, id eſt, Demoſthenis. ὀρχέονται, ὀρχοῦνται, ὀρχεῦνται, id eſt, ſaltant. ποιέουσα, ποιοῦσα, ποιεῦσα. Etiã in futuris uerborum mediorum circumflexorum: ut κείσομαι communiter, κεισοῦμαι & κεισεῦμαι Doricè, id eſt, iacebo. In participijs uerò fœminin. uerborũ grauitonorum præ-

οι ſentis temporis in οι, ut ἡ τύπτουσα, γελάουσα communiter: τύπτοισα, γελάοισα Doricè, id eſt, uerberans, ridens.

Verba in ζω, Dores per σδω pronunciant: ut συρίσδω, id eſt, fiſtula cano.

Nota Iones nihil contrahere, ſed ubiq; dictionibus integris uti: contractiones autẽ Atticorum eſſe, ut ἑσταέναι, ἱέασι, & ἰέασι Ionicè, ἑστάναι, ἱᾶσι & ἴασι Atticè, id eſt, ſtetiſſe, mittunt, eunt.

Aduerte hæc duo uerba Attica ἱᾶσι & ἴασι, uariè cum præpoſitionibus componi. Nam utrunque cum his ſex præpoſitionibus componitur, σὺν, ἀνὰ, κατὰ, διὰ, μετὰ,

μετὰ, παρὰ: præterea ſolum ἱᾶσι cum ὑπὸ & πρό: & ſolum ἴασι cum εἰς & πρός, non contrà, ut:

συνιᾶσι ἀνιᾶσι καθιᾶσι διϊᾶσι, μεθιᾶσι παριᾶσι

συνίασι ἀνίασι κατίασι δίασι μετίασι παρίασι.

ὑφιᾶσι προιᾶσι, non antepenacutè, ἐσίασι, προσίασι, non penanflexè.

Dores αει & αε in η contrahere ſolent ſine ι ſubſcripto, ut:

| | | |
|---|---|---|
| γελάεις | γελῆς | rides |
| πεινάεις | πεινῆς | fames |
| διψάεις | διψῆς | ſitis |
| ζάεις | ζῆς | uiuis |
| ὁράεις | ὁρῆς | uides |
| κιρνάεις | κιρνῆς | miſces |
| ἐγέλαες | ἐγέλης | ridebas |
| ἐπείναες | ἐπείνης | famebas |
| ἐδίψαες | ἐδίψης | ſitiebas |
| ἔζαες | ἔζης | uiuebas |
| ὥραες | ὥρης | uidebas |
| ἐκίρναες | ἐκίρνης | miſcebas. |

Sic in infinitiuo γελάειν γελῆν, πεινάειν πεινῆν, id eſt, ridere, famere. Hunc Doricum uſum etiam Attici in pleriſque uerbis recipiunt, ut πεινῆς, διψῆς, ζῆς, ζῆν, id eſt, fames, ſitis, uiuis, uiuere.

Iones ab omnibus præteritis auferunt augmentum, itidem & poëtæ: ut τύπτε, ἄκουσε, δέχθαι, ἔδεκτο, pro ἔτυπτε, ἤκουσε, δεδέχθαι, ἐδέδεκτο, id eſt, uerberabat, audiuit, ſuſcepiſſe, ſuſceperat.

Sed interdum Aoriſtis non ſolùm augmenta concedunt, uerumetiam primæ conſonantis thematis reduplicationem tribuunt: ut κεχάροντο, gauiſi ſunt. κεκάδοντο, ceſſerunt, ἐλελάθοιτο, oblitus fuiſſet. ἐκλελαθέσθαι, oblitum fuiſſe. λελαβέσθαι, apprehendiſſe. πεπίθοντο, perſuaſi fuiſſent.

Hanc reduplicationem Aoriſtorum quidem Ionicam, præteritorum uerò perfectorum communem, non ſolùm in Aoriſtis, & præteritis perfectis, ſed in pleriſq; etiam thematis cernere licet, aſſumpto augmento: Communi quidem ι, Ionico uerò ε, ut:

| | | |
|---|---|---|
| δῶ | διδῶ | do |
| πλῶ | πιπλῶ | impleo |
| κλήσκω | κικλήσκω | uoco |
| θῶ | τιθῶ | pono |
| χρῶ | κιχρῶ | utor |
| κάμω | κεκάμω | laboro |
| τμῶ | τέτμω | ſeco |
| κλῶ | κέκλω | iubeo |
| τλῆμι | τέτλημι | tolero. |

Si thema incipiat à ς, ut ςῶ, aſſumpto augmento ι, ut ἱςῶ, geminari non poterit prima conſonans, quia produ-

produ-

producitur ι poſitione.

Quinctiam à uocalibus incipientia themata, augmẽtum commune ι, uel ε Ionicum recipiunt, ut:

| | | |
|---|---|---|
| | ἑέω, ἕμαι, ἕεμαι, & facta craſi duorum | |
| Ex ἕω fit | εε in η, ἧμαι, ſedeo. | |
| | ἱέω, ἵημι, ἵεμαι, id eſt, mitto. | |

Iſtiuſmodi augmentum ε præponere ſolent Attici præteritis ab ω incipientibus, tam perfectis, quàm imperfectis, ut:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| ὥραον | coïter | ἑώραον | Atticè | uidebam |
| ὠνεόμην | | ἑωνεόμην | | emebam |
| ὥρακα | | ἑώρακα | | uidi |
| ὤνημαι | | ἑώνημαι | | emi. |

Eandem auxeſim recipit ἔοικα, id eſt, uideor, ſimilis ſum.

At poëtæ Atticos imitati, etiam Aoriſtos pari modo augent, uel à uocali, uel à diphthongo incipientes, ut:

ἔειπα, ἔηκα, ἐωσάμην, poëticè, pro εἶπα, ἧκα, ὠσάμην communiter, id eſt, dixi, miſi, impuli.

Verborum quintæ coniugationis futurum primum etiam in σω finire ſolent Aeoles, ut:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| ψάλλω | ψαλῶ | Coïter | ψάλσω | Aeol. |
| σπείρω | σπερῶ | | σπέρσω. | |

Ex optatiuis uerborum contractorum Aeoles & Attici μι in ην conuerſa, proprios faciunt Optatiuos.

Et

Et ex Atticis Dores etiam ſuos, οι diphthongo propria in ῳ diphthongum impropriam mutata, ut:

ποιοῖμι ποιοίην { οίης οίη, οίητον οιήτην. οίημεν οίητε οίησαν,

χρυσοῖμι χρυσοίην { οίης οίη, οίητον οιήτην, οίημεν οίητε οίησαν.

ποιῴην
χρυσῴην { ῴης ῴη, ῴητον ῳή-τήν, ῴημεν ῴητε ῴησαν.
βοῷμι βοῴην.

## De formatione perſonarum ſecundùm uarias linguas.

A ſecundis & tertijs ſingularibus præſentis Indicatiui in εις, & in ει deſinentib. Dores ſubtracto ι, proprias perſonas faciunt, ex Doricis Aeoles ε in η conuertentes, ſuas formant, ut:

Ex { τύπτεις Commu. τύπτες Dor. τύπτης Aeol.
τύπτει τύπτε τύπτη.

Ex omnibus primis pluralibus in μεν terminatis, tam actiui & paßiui, quàm medij generis Dores μεν in μες conuerſa, ſuas formant, ut:

Ex { τύπτομεν τύπτομες.
τετύπαμεν Coib. τετύπαμες Doricè.
ἐτύφθημεν ἐτύφθημες.

In præſenti indicatiui, & ambobus futuris tertiam pluralem datiuo ſingulari participij ſimilem formant Dores, ut:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| pro | τύπτουσι<br>τύψουσι<br>τυποῦσι | Coibus. | τύπτοντι<br>τυψοῦντι<br>τυποῦντι. | Dor. fiunt. |

Cæterùm, in ambobus præteritis perfectis, ασι in αντι commutato, formantur tertiæ plurales Doricè, ut:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Ex | τετώφασι<br>τετύπασι | Coiter, fit | τετύφαντι<br>τετύπαντι. | Dor. |

A ſecundis ſingularibus præteriti imperfecti, & utriuſq; Aoriſti actiui omnium uerborum, addita κε ſyllaba, & remoto augmento, fiunt tertiæ ſingulares Ionicè, ſed in circumflexis ſubiuncta uocalis ex diphthongo finali tollitur. In uerbis autem in μι, longa uocalis in ſuam breuem mutatur.

| | Communes | | Ionicè. |
|---|---|---|---|
| Ex ſecundis perſonis | ἔτυπτες | tertiæ perſonæ fiunt | τύπτεσκε |
| | ἔτυψας | | τύψασκε |
| | ἔτυπες | | τύπεσκε |
| | ἵσης | | ἵσασκε |
| | ἐτίθης | | τίθεσκε |
| | ἐδίδως | | δίδοσκε |
| | ἐζεύγνυς | | ζεύγνυσκε. |

Com-

| Ex ſecundis perſonis: Communes | | Ionicæ | |
|---|---|---|---|
| ἐβόας | | βόασκε | clamabat |
| ἐποίεις | | ποίεσκε | faciebat |
| ἐχρύσους | | χρύσοσκε | inaurabat |
| ἔστης | tertiæ perſo- | στάσκε | ſtetit |
| ἔθης | næ fiunt | θέσκε | poſuit |
| ἔδως | | δόσκε | dedit |
| ἔδυς | | δύσκε | ſubijt |
| ἔφυς | | φύσκε | natus eſt. |

Poëtæ uerò Iones imitati, ſecundis ſingularibus eorundem temporum omnium actiuorum adiuncta κον ſyllaba, primas perſonas faciunt, quas iuxta communem præteriti imperfecti formam, uariant in toto numero ſingulari, & tertia plurali, quæ primæ ſingulari ſimilis eſſe cognoſcitur, ut:

| | | poeticè | | tertiæ plurales |
|---|---|---|---|---|
| ex | ἔτυπτες | τύπτεσκον | | τύπτεσκον |
| | ἔτυψας | τύψασκον | κες κε | τύψασκον |
| | ἔτυπες | τύπεσκον | | τύπεσκον |

Quemadmodum ex tertijs pluralibus præteriti imperfecti, & utriuſq; Aoriſti actiui, mutato ν in σαν, formant Bœoti tertias plurales, ita ex primis ſingularibus in ην deſinentibus, amborum quidem Aoriſtorum paſſiuorum ην in εν mutata. Præteriti uerò imperfecti, & Aoriſti ſecundi uerborum in μι, actiuorum propria

longa

longa in ſuam breuem conuerſa, tertias plurales faciunt, ut:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | ἔτυπτον | | ἐτύπτωσαν | |
| ex | ἔτυψαν | Coïbus, fiunt | ἐτύψασον | Doricè. |
| | ἔτυπον | | ἐτύπωσαν. | |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | ἐτύπθην | | ἔτυφθεν |
| | ἐτύπην | | ἔτυπεν |
| Primæ ſingula. | ἐτίθην | tertiæ Bœ. | ἔτιθεν |
| | ἵστην | | ἵσαν |
| | ἐδίδων | | ἐδίδον |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | ἔθην | | ἔθεν | ἔδυν | ἔδυν |
| | ἔστην | | ἔσταν | ἔφυν | ἔφυν |
| Primæ | ἔβην | tertiæ | ἔβαν | υ cùm ſit communis, | |
| ſingul. | ἔφην Bœot. | | ἔφαν | per ſe corripitur & | |
| | ἔκτην | | ἔκταν | producitur. | |

Dores etiam futura prima circumflectũt: ut τυψῶ εῖς, εῖ, τυψεῖτον εῖτον, τυψοῦμεν εῖτε οῦσι.

Ex primis ſingularibus præteriti pluſquamperfecti actiui, ειν extrema in εα ſoluta, formant Iones primas ſingulares, itidem ex tertijs ſingularibus eiuſdem temporis, ει in εε conuerſa, tertias ſingulares ijdem faciunt. Et ex Ionicis εα & εε in η contractis, primas & tertias ſingulares ſimiles formant Dores & Attici, ut:

ex

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| ex | ἐτετύφθην<br>ἐτετύφθη | coibus | fiunt | ἐτετύφθεα<br>ἐτετύφθεε | Ionice | ἐτετύφθη Atticè<br>ἐτετύφθη Doricè |

Tertias plurales imperatiuorum præſentis, & utriuſq; Aoriſti temporis, genitiuis pluralibus participioru͂ eiuſdem temporis, ſimiles faciunt Attici, ut:

| | | | |
|---|---|---|---|
| | τυπτέτωσαν | | τυπτόντων |
| pro | τυψάτωσαν | Coibus, fiunt | τυψάντων Atticè. |
| | τυπέτωσαν | | τυπόντων. |

Aoriſtum ſecundum imperatiui in ον terminant Syracuſani: ut λάβον, ἄνελον, pro λάβε, ἄνελε, id eſt, cape, occide.

## Infinitiuorum dialectus.

Infinitiua in ειν deſinentia communiter, Dores ſubtracto ι per εν efferunt.

Iidem illi quoque & Aeoles, ε in η mutato, per ην enunciant: ſed hoc in præſenti & futuro primo tantùm. Iones uerò in Aoriſto ſecundo & futuro ſecundo, ante ειν ε interſerunt, ut:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | τύπτειν | coiter fit | τύπτεν | τύπτην Doricè & |
| ex | τύψειν | | τύψεν Dor. | τύψην Aeolicè |
| | τυπεῖν | | τυπέν | τυπέειν Ionicè |

Ex infinitiuis communibus cuiuſcunque generis in ειν, ουν, uel ναι exeuntibus, Dores & Attici propria faciunt,

faciunt infinitiua, ſtatim ante ν, με ſyllabam inſerentes: quo loco ſi uocalem ſubiunctiuam reperiant, eam ſubtrahunt, & ν finali, αι diphthongum addentes. Ex quibus remota diphthongo poſtrema αι, Iones ſua formãt infinitiua in μεν, ut:

| Communes | Doricæ & Atti. | Ionicæ. |
|---|---|---|
| τύπτειν | τυπτέμεναι | τυπτέμεν |
| τύψειν | τυψέμεναι | τυψέμεν |
| τετυφέναι | τετυφέμεναι | τετυφέμεν |
| τετυπέναι | τετυπέμεναι | τετυπέμεν |
| τυπεῖν | τυπέμεναι | τυπέμεν |
| τυφθῆναι | τυφθήμεναι | τυφθῆμεν |
| τυπῆναι | τυπήμεναι | τυπῆμεν |
| Ex χρυσοῦν | χρυσόμεναι | χρυσόμεν |
| ἱστάναι | ἱστάμεναι | ἱστάμεν |
| στῆναι | στήμεναι | στῆμεν |
| τιθέναι | τιθέμεναι | τιθέμεν |
| θεῖναι | θέμεναι | θέμεν |
| διδόναι | διδόμεναι | διδόμεν |
| δοῦναι | δόμεναι | δόμεν |
| εἶναι | ἔμεναι & ἔμμεναι, ἔμεν. | |

Infinitiua in ᾶν terminata, per αις, & in οῦν per οις enunciant Aeoles, ut:

| | | | |
|---|---|---|---|
| γελῶσι | | γελαῖς | |
| πεινῶσι | Commmuniter. | πειναῖς | Aeolicè: |
| ὑψοῦσι | | ὑψοῖς | |
| ὀρθοῦσι | | ὀρθοῖς. | |

## DE PASSIVIS ET medijs.

Ex tertijs ſingularibus communibus tam medij ; quã paßiui generis in ται, uel το deſinentibus, τ, ultimæ ſyllabæ duntaxat expuncto formant Iones ſecundas ſingulares. Ex Ionicis uerò εαι, ειαι, & ηαι, in ῃ. Item οε in ου, & αο in ω contractis, formantur communiter ſecundæ ſingulares. Nam Iones nihil contrahunt. Sed ut Attici in indicatiuo, quæ in ῃ communiter exeunt, eaſdem per ει enunciant: ita Dores, quæ in εο deſinunt, Ionicè, per ευ pronunciant, idq; etiam faciunt in imperatiuis, ut:

EX

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432170-p0200-6

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | τύπτεται | | τύπτεαι | | τύπτῃ | | τύπτει | Atticè |
| | ἐτύπτετο | | ἐτύπτεο | | ἐτύπτου | | ἐτύπτευ | Doricè |
| Ex tertijs | τύψεται | fiunt ter- | τύψεαι | fiũt ſecũdæ | τύψῃ | fiunt ſecun- | τύψει | Atticè |
| ſingularib. | ἐτύψατο | tiæ Ionicè | ἐτύψαο | communes, | ἐτύψω | dæ Doricè | ἐτύπτευ | Doricè |
| | ἐτύπετο | | ἐτύπεο | | ἐτύπου | & Atticè, | τυπεῖ. | Atticè |
| | τυπεῖται | | τυπέεαι | | τυπῇ | | | |
| | τύπτηται | | τύπτηαι | | τύπτῃ | | | |

τύπτεο τύπτου τύπτευ
ex Ioni. fit coïter Doricè
τύπεο τύπου τυπευ

Primas plurales in μεθα deſinentes communiter, Dores interiecto σ, per μεσθα proferunt, idq́; in omnibus modis & generibus, ut: τυπτόμεθα communiter, τυπτόμεσθα Doricè. Exempla plura facilè inuenies tuo Marte.

Perfecta & pluſquamperfecta.

Ex tertijs ſingularibus præteriti, & pluſquamperfecti paßiui, formant Iones tertias plurales, ante ται uel το finalem ſyllabam, inſerta uocali α: quam ſi præceſſerit muta tenuis, eam in aſperam conuertunt: ſi σ, in formatiuam conſonantem præteriti medij: ſi ρ, ſeruant eandem: ſi uocalis longa, uel diphthongus, eam corripiunt, ut:

τέτυπται τετύφαται
λέλεκται λελέχαται
πέπλησται πεπλίθαται
πέφρασται πεφράδαται
ex ἔσπαρται Coïter fiunt ἐσπάραται Ionicè.
πεποίηται πεποιέαται
εἴρυται εἰρύαται
κέκλειται κεκλίαται
κεχρύσωται κεχρυσόαται
τέθειται τεθέαται

Sunt

Sunt tamen, quæ diphthongum uel uocalem antepenultimam ſeruent longam, ut: Δεδαίαται, βεβλήατο, βεβολήατο, κεχολώατο, id eſt, diuiſi ſunt, iacti fuerant, percuſsi fuerant, irati fuerant.

In alijs quoq; temporibus tam indicatiui, quàm optatiui modi, ſimili modo tertiam pluralem formant Poëtæ, Iones imitati: ſed in optatiuo ſolùm inſeritur α ante το. In indicatiuo etiam præcedens uocalis corripitur.

| | | |
|---|---|---|
| ἧται | ἕαται | ἧνται |
| ἧτο | ἕατο | ἧντο |
| τύπτοιτο | τυπτοίατο | τύπτοιντο |
| τύψοιτο | τυψοίατο | τύψοιντο |
| τύψαιτο | τυψαίατο | τύψαιντο |
| τύποιτο fiunt | τυποίατο Ion. pro | τύποιντο Coĩter. |
| τυποῖτο | τυποίατο | τυποῖντο |
| τυφθήσοιτο | τυφθησοίατο | τυφθήσοιντο |
| τυπήσοιτο | τυπησοίατο | τυπήσοιντο |
| τετύψοιτο | τετυψοίατο | τετύψοιντο. |

Tertiam pluralem imperatiui præſentis & utriuſque Aoriſti medij tertiæ duali ſimilem faciunt Attici, ut:

| | | | |
|---|---|---|---|
| τυπτέσθων | | τυπτέσθωσαν | |
| τυψάσθων | Atticè pro | τυψάσθωσαν | Cõmuniter. |
| τυπέσθων | | τυπέσθωσαν | |

Aeoles τίθαιμαι & ἵσαιμαι, pro τίθεμαι, ἵσαμαι, proferunt, ponor, ſto.

Hæc de linguarum diuerſitate, quantum ad inflectiones nominum & uerborum pertinet, ſufficere uidentur. Reliqua uerò de uerborum ac nominum Syntaxi, dictionibusq́; primitiuis, quæ cuiq; idiomati propria, ex Corintho, Plutarcho, Ioanne Philopono, ac cæteris cognoſcere poteris.

## DICTIONVM ADFECTVS, ſeu paßiones.

Tranſpoſitio, eſt elementi ex propria in alterius ordinem mutatio: Δαρτὰ, κραδία, κάρτος, pro Δρατὰ, καρδία, κράτος, id eſt, facta, cor, robur.

Tranſſumptio, eſt elementi mutatio: ἠπεδανός, αἱματπότης, pro ἀπεδανὸς, αἱμοπότης, id eſt, debilis, ſanguipotor.

Sectio, eſt dictionis compoſitæ in ſuas ſimplices reſolutio: ἄκρα πόλις, pro ἀκρόπολις, id eſt, ſumma ciuitas.

Additio eſt elementi ad caput ſyllabæ adiectio: ἀσταφὶς, ἄσταχυς, θαμὰ, pro σταφὶς, στάχυς, ἅμα, uua paſſa, ſpica, ſimul.

Geminatio, eſt unius eiuſdem, pluriumúe elementorum in capite dictionis repetitio: κεκάμωσιν, λεγάχωσιν

χώσιν, ἀταρτηρὸς, ἐτύτυμον, pro κάμωσι, λάχωσιν, ἀρτηρὸς, ἔτυμον, id eſt, laboraſſent, accidiſſent, conuiciatorius, uerum.

Productio, eſt communis correptæ, aut breuis uocalis in longam mutatio: καλὸς prima breui, κόρη: pro καλὸς prima longa, κώρη, id eſt, bonus, puella.

Porrectio, eſt uocalis aut diphthongi ſyllabam facientis in medio dictionis additio: εὐτείχεον, ἀδελφειὸς, πολεμήϊα, pro εὔτειχον, ἀδελφὸς, πολεμία, id eſt, munitum, frater, bellica.

Diuiſio, eſt unius uocalis aut diphthongi in duas uocales diductio: πάϊς, κόϊλον, βέλεος, pro παῖς, κοῖλον, βέλους, id eſt, puer, cauum, ſagitta.

Interpoſitio, eſt uocalis non facientis ſyllabam, in medio dictionis additio: κεινῆ, νοῦσος, ξεῖνος, pro κενῆ, νόσος, ξένος, id eſt, uacua, morbus, hoſpes.

Duplicatio, eſt eiuſdem conſonantis non facientis ſyllabam, in medio dictionis repetitio: ὅττι, ἄδδω, μέσσον, ἔννεπε, ὁππότε, pro ὅτι, ἄδω, μέσον, ἔνεπε, ὁπότε, id eſt, quoniam, ſatis, medium, dic, quando.

Paremptoſis, eſt in medio dictionis conſonantium ſyllabam non facientium, coniunctio: πτόλις, πτόλεμος, pro πόλις, πόλεμος, id eſt, ciuitas, bellum.

Proſchematiſmus, eſt adiectio ſyllabæ in fine di-

ctionis: λόγοισιν, μούσαισιν, πρoσώπατα, ἐγώνη, pro λόγοις, μούσαις, πρόσωπα, ἐγὼ, id eſt, uerbis, muſis, perſonæ, ego.

Aphæreſis, eſt elementi à capite ſyllabæ ablatio: ὁρτὴ, αἶα, κεῖνος, pro ἑορτὴ, γαῖα, ἐκεῖνος, id eſt, feſtum, terra, ille.

Arſis, eſt ſyllabæ geminatæ in principio dictionis abiectio: βλῆσθαι, δέχθαι, βλημένος, pro βεβλῆσθαι, δεδέχθαι, βεβλημένος, id eſt, iaci, ſuſcipi, uulneratus.

Syſtole, eſt communis productæ, aut longæ uocalis in breuem mutatio: φυσίζοος, ξερὸν, pro φυσίζωος, ξηρὸν, id eſt, alma, aridum.

Syncope, eſt uocalis, aut diphthongi facientis ſyllabam, à medio dictionis remotio: κάμμορος, δάσκιον, pro κακόμορος, δασύσκιον, id eſt, infelix, opacum.

Synalœphe, eſt duarum uocalium, aut diphthongorum in unam uocalem, aut diphthongum mutatio. Huius ſunt ſeptem ſpecies.

Simpl.
- Per diuiſionem, ἐπ' ἐμὲ, pro ἐπὶ ἐμὲ, id eſt, aduerſum me.
- Per Craſim, τἀμὰ, pro τὰ ἐμὰ, id eſt, mea.
- Per ſynæreſim, νηρῇδες, pro νηρήϊδες, id eſt, nereides.

Syna-

Synalœ- { Per eliſionem & ſinæreſim, κἀγώ, pro καὶ
phe. | ἐγώ, id eſt, & ego.
| Per eliſionem & Craſim, ἐμοὐποδώει,
| pro ἐμοὶ ὑποδώει, id eſt, me ſubijt.
Compoſi. = Per Craſim & Synæreſim, ὡπόλος, pro
| ὁ αἰπόλος, id eſt, æpolus.
| Per eliſionem, Craſim, & Synæreſim, ἐν
| τᾀθιοπίᾳ, pro ἐν τῇ αἰθιοπίᾳ, id eſt,
{ in Aethiopia.

Ellipſis, eſt uocalis non facientis ſyllabam à medio dictionis ablatio: ἀμύξαι γραόν, pro αἰμύξαι γεραιόν, id eſt, cruentare ſenem.

Parellipſis, eſt abiectio geminatæ conſonantis à medio dictionis: κάλιον θᾶτον, pro κάλλιον θᾶττον, id eſt, pulchriùs, citiùs.

Ecthlipſis, eſt conſonantis non facientis ſyllabam, è medio dictionis euulſio: σκῆπτον, pro σκῆπτρον, id eſt, ſceptrum.

Apocope, eſt ablatio ſyllabæ in fine dictionis: δῶ, ἀπόλλω, ποσειδῶ, pro δῶμα, ἀπόλλωνα, ποσειδῶνα, id eſt, domum, Apollinem, Neptunum.

ΤΕΛΟΣ.

N S ANNO-

# ANNOTATIUNCULAE PAUCAE AD PRAECEPTA ΣΥΝΤΑΞΕΩΣ

Varennianæ, Per Ioachimum Camerarium. Folio 3.

OYΔΕΝΟΣ χεῖρον.) Quod Latini dicunt, nihilominus, Græcis eſt οὐδὲν ἧττον. Herodianus primo hiſtoriarum, πλὴν οὐδὲν ἧττον ἡ νόσος ἐπὶ πλεῖστον ἤκμασε. Et Xenophon, περὶ Δυχωρίας ὅτι Δέοι φυλάττειν, οὐδὲν ἧττον ἢ τὰ θηρία, nihilominus, nihilo ſecius. Thucyd. 2. ἀτολματέραν δὲ μηδὲν ἀξιοῦν τὴν εἰς τοὺς πολεμίους Διάνοιαν ἔχειν, nihilo ignauiorem animum. Sed οὐδενὸς ἧττον, haud ſcio, an non ſemper reſpondentem conſtructionem requirat, ad nomen comparatiuum, unde motum in aduerbialem ſignificationẽ tranſijt. Similiter & χεῖρον οὐδενὸς, & κάκιον: ut ſicut dicitur, ἧττον, χεῖρων, κακίων παλαιστὴς οὐδενός, ita congruenter dicatur, ἐπάλαισεν ἧττον, χεῖρον καβίον οὐδενός. Dixit & Terentius ὑπερβολικῶς, minùs nihilò, hoc eſt, quàm nihil: ut Aeſchylus Prometheo, ἐμοὶ δ᾽ ἔλασσον Ζηνὸς ἢ μηδὲν μέλει.

3 Ambiguæ ſignificationis in uſu comparatiuorum apud Græcos, & hoc fuerit exemplum Thucydidis 2. συνεβεβήκει δὲ ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου ἑτέρων μᾶλλον Ἀθηναίοις τοῦτο, magis uſu ueniebat hoc Athenienſibus quā alijs. Et Herodoti, Ἐρατοῖ. ἀπὸ δὲ τούτου τοῦ ἔργου, καὶ τοῦ προτέρου τούτου.

3 Νόσημα μεῖζον ἢ φέρειν.) Docuit hoc Theod. Gaza, ſed ad conſtructionem comparatiui propriè non pertinet, & de orationis deficientia, ſi uidebitur, ſemel uno in loco dicemus.

4 Πάνυ μεῖζόν ἐστι.) Ita πολὺ μᾶλλον, & πολλῷ μᾶλλον & παρὰ πολὺ σοῦ πλουσιωτέρων, Luciano. Eſt & quædam quaſi diminutio præſtantis ſignificationis comparatiui talis, μικρῷ πρότερον, Lucia. Θουκυδίδης ὅμοιος, ἢ ὀλίγῳ ἀμείνων. apud eundem, μικρῷ ὕστερον. Sed & ſuperlatiuo adduntur. παιδείας α. Περσῶν μὲν πολὺ κάλλιστος ὁ ἐμὸς πατήρ. Et Herodoto, μακρῷ θαυμασιώτατα, longè pulcherrima, & multò maximè admirabilia. Antigona, πολλῷ τὸ φρονεῖν εὐδαιμονίας πρῶτον ὑπάρχει. Sed idem poſtea quoq; dicitur. Habent & intenſionem ὡς & ὅτι ſuperlatiuæ ſignificationis. ὡς ἥδιστα, ὡς κάλλιστα, ὡς τάχιστα. βουλόμενος τὸν παῖδα ὡς ἥδιστα δειπνεῖν. Xenoph. Et cùm dicitur: ἐν τοῖς ὅτι μάλιστα φίλοις, inter præcipuos amicos. Πολ. Δ. ὅτι δεῖ ταῦτα, κατὰ τὴν παροιμίαν, ὅτι μάλιστα κοινὰ

τὰ τῶν

τὰ τῶν φίλων ποιεῖσθαι. *Sunt & tales* ἐπιτάσεις, μεγέθει, μέγιστος, κάλλει κάλλιστος. *Præterea uſitatum eſt, ſine aliquo caſu efferre comparatiua atque ſuperlatiua: ut* γεραίτερος, *ſenior.* ἡσυχαίτερος. & *Homericum*, σαώτερος ὥσκε νέηαι, & ζωρότερον δὲ κέραιρε. ῥᾴδιον. ἄλγιον. Οδυσ. π. ἄλγιον ἀλλ' ἔμπης μιν ἐάσομεν. *quorum poſitiua etiam non facilè inueneris, niſi alterum à ῥέα, quod & ῥεῖα, alterum à uerbo deducere uolueris: tale eſt &* ὕστερον. *Aeſch.* ἀλλ' ὕστερος πολιτεύου τὸν νόμον. Ιλιαδ. η. ὕστερον αὖτε μαχησόμεθα. & πρότερον. Θαλείᾳ: οὔτε πρότερον οὐδαμᾶ ἐνθεῖσαι, οὔτε ὕστερον. & *ibi* ὁμιλέειν σφι μεζόνως. & *Plauto, pluſculum ſe inuitauit. Item comparatiuum, cum* ὅσῳ. *Xenoph.* ἐπὶ χάριν σοι, μᾶλλον εἴσομαι, ὅσῳ ἂν πλεονάκις εἰσίῃς ὡς ἐμέ. *Et apud eundem notandum,* ἵνα ὡς ἧσσον τὰ οἴκαδε ποθοίη, *quò minùs. Huic reſpondet* τοσούτῳ. *Aeſchines,* ὅσῳ ἄντις ἄμεινον λέγῃ παράνομα γεγραφὼς, τοσούτῳ μείζονος ὀργῆς τεύξεται, *quanto fuerit eloquentior is, qui ſuis decretis leges euertit, tanto maiore in odio futurus eſt. Herodotus autem ita,* Ερατοῖ, ἑαυτοὺς δὲ γενέσθαι τοσοῦτο ἐκείνων ἄνδρας ἀμείνονας, ὅσον παρεὸν αὐτοῖσι ἀποκτεῖναι τοὺς πελασγούς. *Quod accipi* ἐλλειπτικῶς *poteſt,* καὶ τὸ τοσοῦτο. *Item* πλέον, *Herodotus,* ὡς οὐδὲ ἐκείνη πλέον οὐδὲν εὗρε. *Xenoph.* α. παιδείας, εἰ μέλλοι γε πλεῖον ἕξειν.

ἔξειν. Tale & ἔλασσον. Thucyd. α. καὶ ξυνόμισαν αὐτοὶ ἑκάτεροι οὐκ ἔλασσον ἔχειν τῷ ἔργῳ, inferiores ſe fuiſſe.

Superlatiua autem ſola, εἶδος μὲν κάλλιστος. παιδείας. β. οὗτοι κράτιστοι ἕκαστα γίγνονται, οἱ ἂν ἀφέμενοι τῷ πολλοῖς προσέχειν τὸν νοῦν, ἐπὶ ἓν ἔργον τράπωνται. Huiuſmodi ſunt μάλιστα, ἄριστα, κάκιστα, οὐχ ἥκιστα. Item ῥᾶστος, in quibus omnibus intelligi proprius caſus uidetur.

Item, notandus hic uſus comparatiui, cùm ita dicunt, κρεῖσσον ἀκοῆς, λόγου, χρημάτων, ἐλπίδος. Similiter & ἥσσων χρημάτων, ἔρωτος, & αὐτὸς ἑαυτοῦ. Similiter ἀργὸς, & ἐπιμελὴς μᾶλλον αὐτὸς ἑαυτοῦ apud Platonem πολιτειῶν Δ. ubi hanc figuram ſermonis explicat, qua dicitur aliquis ſeipſo melior. Et Latinè, ſeipſum uincere. Nam in hac & ſimilibus diuerſitatem perſonæ reſpectus mutationis introducit. Thucyd. α. Δίκαιον οὖν ἡμᾶς μήτε τῶν πατέρων χείρους φαίνεσθαι, μήτε ἡμῶν αὐτῶν τῆς δόξης ἐλασσόνους, nimirum τῆς προτέρας. Herod. κλειοῖ. ἐπεὰν δὲ ἄριστα αὐτὴ ἑωυτῆς ἐνείκῃ ἐπὶ τριηκόσια ἐκφέρει. Intelligendum ſolitam fertilitatem centenaria exuperatione uinci. Item comparatiua ſibi reſpondent, ut uir prudentior quàm audacior. Aeſchines τὴν εἰρήνην ἀναγκαιοτέραν ἢ καλλίω ὑπολαμβάνοντες εἶναι. Et Archidamo. ἀλλ' ἀναγκαῖον ἦν συντομώτερον ἢ

ϛον ἢ σαφέστερον διαλεχθῆναι.

4 Ὅσον πλεῖστον.) Antigone. ὅσῳ κράτιστον κτημάτων εὐβουλία; Ibid. ὅσον γ᾽ ἄναξ τάχιστα. Ibidem δείξας ἐν ἀνθρώποισι τὴν ἀβουλίαν, ὅσῳ μέγιστον ἀνδρὶ πρόσκειται κακόν.

Eſt & huius particulæ uſus non ſemper cum ſuperlatiuo. Lucia. Lapithis, καὶ μάλιστα ὅσῳ νήφοντες ἐν εἰρήνῃ ἑστιασόμεθα, hoc maximè gratum conuiuium futurum eſt, quod & ſobrij, & in pace celebrabitur. Quod & ὅσον, & plenè καθ᾽ ὅσον, ac εἰς ὅσον dicunt: εἰς ὅσον γ᾽ ἐγὼ σθένω. Philocte. & Iſoc. καθ᾽ ὅσον δεῖν ἐν ἐμοί. Lucian. Εὐχαῖς, ἐγὼ δὲ ὀλίγον ὅσον ἡμισάδιον τὸ πρὸ τοῦ Διπύλου ἀπελήφθομαι. & mox, παῖδας ὅσον διχιλίους.

4 Τὸ σοφὸν τοῦ πέτρου.) Eurip. τὸ σοφὸν δ᾽ οὐ σοφία, τό τε μὴ θνητὰ φρονεῖν, ſapientiam ſæpenumerò ſtultitiam eſſe dicit, ut cùm humanitatem relinquat. Trachinijs, ἢ καὶ τὸ πιστὸν τῆς ἀληθείας νέμεις. Huiuſmodi ſunt, καλὸν, honeſtum, ἀγαθὸν, bonum. κακὸν, malum. δίκαιον, iuſtum: & complexa, τὸ ζῆν. uiuere: & illud, Euge tuum & belle, τὸ σὸν εὖγε. Neque profectò diſsimilis figura, ἰωνικὸν τῆς στολῆς, ualdè frequens in omnibus linguis: decus æui, & herba ueneni, æuum eximium, & herba uenenata. Sed nunc de adiectiuis mentio fit. Vbi ſciendum, formam quidem eſſe adiectiuorum, ſed reuera in genere neutro ſubſtantiuam

habere

habere ſignificationem, ut rectum, honeſtum, decorum. Neque enim eſt ἰωνικὸν τῆς στολῆς, aliud quàm Ioniſmus. & ἀττικὸν τῆς γλώσσης, atticiſmus. μέγιστον τῆς ἀρχῆς, magnitudo imperij. ὀφρύων τὸν εὔγραμμον. & τῶν ὀφθαλμῶν τὸ ὑγρὸν ἅμα τῷ φαιδρῷ, καὶ κεχαρισμένῳ, ἢ καρπῶν τὸ εὔρυθμον, ἢ δακτύλων τὸ εὐάγωγον, in Lucian. Simulachris, eſtq́; omninò frequentiſsimus huius figuræ uſus, ut diximus.

5 Ἄξιος.) Vt lingua Latina dignus dicitur etiam odio & malo. Terent. Dignus es cum tua religione odio: ita ἄξιος ὀργῆς, Aeſchini, Iſocrat. περὶ ἀντιδόσεως. μεγίστης ζημίας ἀξίους.

5 Τῆς ἐξουσίας.) νεφέλαις, τῆς μωρίας τὸν Δία νομίζειν ὄντα τηλικουτονί. eſt autem ἔλλειψις, de qua figura fortaßis ſemel dicemus.

5 Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ γύναι.) Tale & hoc τί ἐμοὶ ἢ μακροῖς αὐλοῖς. Τερψιχόρη. σοὶ δὲ καὶ τούτοισι τοῖσι πράγμασι τί ἐστι; cur tu iſta curas?

6 Χρηστέον ἐμοί.) Hanc formam Græci Grammatici aduerbialem faciunt, & ita facta aduerbia θετικὰ nominant: quæ ſanè gerundialem, ut uocant, naturam præ ſe ferunt, & participialem interdum. Vt Sophoc. Philoct. ἡ δ᾽ ὁδὸς πορευτέα. & ὑπ᾽ ἀγνοίας τῶν λεκτέων. Additur & uerbum ſubſtantiuum. Iſocrat. Archidamo, θάνατον ἡμῖν αἱρετέον ἐστί. Philoctete, ὁποῖα δραστέ᾽ ἐστὶν. Thucidides α. τῆς γὰρ θαλάσσης

πρῶτος

πρῶτος ἐτόλμησεν εἰπεῖν ὡς ἀντεκτέα ἐστί.

Figuratè quæ dicuntur, id eſt, τὰ περὶ λέξεως πάθη, rectiſsimè exquiruntur ſeparatim. ſimiliter & διάλεκτοι, quarum eſt apud Græcos magna uarietas.

χαῶος & δ᾽ ἐξίτηλος.) Prorſus eſt Atticus uſus maſculino genere fœmininè uti. Trachiniis, ὧν δὲ κοινὸς ἀρσένων ἴτω κλαγγά. Item, ὀμφάλη τῆς βαρβάρω. Item, καὶ γὰρ οὐ σιγηλὸς εἶ. Philoctete, μηδέτωρ τέχνη. Item, ἔρημος, δύστηνος, τίμιος. Item, ἄμφω τούτω τὼ ἡμέρα. παιδείας α. & τὼ χεῖρε, τὼ φύσεε Platoni. ſic Electra, τηλικοῦτος, & mox, ἴδεσθε, τὼ δὲ τὼ κασιγνήτω, & paulò pòſt, τούτω φιλεῖν χρή. Suntq; plurima huiuſmodi paſsim obuia. Neutri incongruens uſus is eſt, quem appoſitionis uoce notamus, ut: Triſte lupus ſtabulis, Fama malum. Sopho. ἥ τ᾽ ἄγαν σιγὴ βαρὺ δοκεῖ προσεῖναι. Thucyd. α. καὶ ὅτι μὲν Μυκῆναι μικρὸν ἦν. Quæ figuræ ἐλλειπτικαὶ ferè ſunt. Herodotus autem poſuit totum τυραννὶς χρῆμα σφαλερόν. Comparatiua etiam pluraliter efferunt, ut reliqua neutra aduerbialiter: ut Antigona, πότερα παρ᾽ ὥρας, ἢ πρὸς οἰκείας χερός. & Electra, πότερα παρ᾽ οὐδὲν τοῦ βίου κήδεσθ᾽ ἔτι forma enim certè ſaltem comparatiui. δεινῶς ποιεῖν & δεινότερα. Polymnia, καὶ δὴ καὶ τότε πολλῷ τε δεινότερα ἐποίεε, multò tulit grauius.

8 δύο δέοντα ἑκατὸν ἔτη.) Duodecenteni anni.

Hoc

*Hoc utrum ſic rectè uerti poßit, quærendum uidetur: ut ſit quemadmodum dicitur duodeuiginti, etſi ſcio illud duode, coniunctim cum numerali uoce, quod Græci aiunt* ὑφὲν, *uſurpari, neque reſpondere ad dictionem cui adijcitur numerus: ut Cice. duodeuiginti partibus maiorum dixit. Iam illud elegans, non proferre compoſitè numeros minores cum maioribus, ut apud Thucydid. B.* τέσσαρα μὲν γὰρ καὶ δέκα ἔτη, & πέμπτῳ γὰρ δεκάτῳ ἔτει. *Exemplum ſuperioris figuræ apud Thucyd.* πεντήκοντα δυοῖν δέοντα, *duodequinquaginta: ſed & multum demitur: apud eundem,* τὰ γὰρ πλεῖστα τριακοσίων ἀποδέοντα μύρια ἐγένοντο, *hoc eſt, plenam illam pecuniam publicam abſoluiſſe decies M. talenta, minus trecentis. Item hîc,* πέμπτον ἡμιτάλαντον, ἕβδομον ἡμιτάλαντον, τρίτον ἡμίδραχμον, *quo ſignificantur quatuor talenta & dimidium talenti, ſex & dimidium, denarij duo & denarij dimidium. In hac enim figura ſermonis numerus is, quo proximè antecedit comprehenſum cum dimidio, integer eſſe debet, & dimidium ad illum apponi. Notanda & illa,* ὅς μοι δωδεκαταῖος *apud Theocritum, & Herodot.* ὥστε τριταῖοι ἐκ Σπάρτης ἐγένοντο ἐν τῇ ἀττικῇ στρατοί. *& ibi.* δευτεραῖος ἐκ τοῦ Ἀθηναίων ἄστεος ἦν ἐν Σπάρτῃ, *ſignificatur enim tempus, ut ille intelligatur abeſſe iam dies duodecim: & fuiſſe in Attica Spartanos, tertio die ex quo*

 profe-

profecti eſſent: & hunc curſorem poſtridie Spartam ueniſſe. Notanda & hæc, Δίμοιρον, τρίμοιρον, bes & dodrans: ut illud accipiatur, trientes duo: quadrantes tres, quorum prius dixit Thucyd. duabus uocibus, ναῦς μὲν γε ἐς τὰς ὑ ὀλίγῳ ἐλάσσοσι τῶν β. μοιρῶν. Notanda & numeratio dierum Menſis, & iſta denominatiua numerorum, Δυὰς, τριὰς, ἐννεὰς, Δεκὰς, χιλιὰς, & χιλιοστὺς, μυριὰς. Sed menſis deſcriptionem ſubijcere uiſum, qui apud Athenienſes fuit dierum 30.

α πρώτη — ἱσαμένου μηνός.
β δευτέρα
γ τρίτη
δ τετάρτη
ε πέμπτη — ἱσαμένου.
ς ἕκτη
ζ ἑβδόμη
η ὀγδόη
θ ἐννάτη
ι ΔΕΚΑΣ.
ια πρώτη ἐπὶ δέκα
ιβ δευτέρα
ιγ τρίτη
ιδ τετάρτη
ιε πέμπτη
ις ἕκτη
ιζ ἑβδόμη

ιη ὀγ-

ιη ὀγδόη Aeſch. τῇ ὀγδόῃ καὶ ἐννά-
ιθ ἐννάτη τῃ ἐπὶ δέκα.
κ ΕΙΚΑΣ.
κα πρώτη ἐπὶ εἰκάδι. eadem, δεκάτη φθίνοντος.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| κβ | δευτέρα | | ἐννάτη | θ | |
| κγ | τρίτη | | ὀγδόη | η | |
| κδ | τετάρτη | | ἑβδόμη | ζ | |
| κε | πέμπτη | ἐπὶ εἰκάδι | ἕκτη | ς | φθίνοντος. |
| κς | ἕκτη | | πέμπτη | ε | |
| κζ | ἑβδόμη | | τετάρτη | δ | |
| κη | ὀγδόη | | τρίτη | γ | |
| κθ | ἐννάτη | | δευτέρα | β | |

λ ΤΡΙΑΚΑΣ.

τριακὰς autem appellabatur ἕνη καὶ νέα. Et Homerum hunc diem ita deſignaſſe tradunt, τοῦ μὲν φθίνοντος μηνὸς τοῦ δ᾽ ἱσταμένοιο.

Inter reliquos dies τετρὰς tam ἱσταμένου μηνὸς, quàm φθίνοντος celebratur. Fuit autem natalis Mercurij τετρὰς τοῦ ἱσταμένου, ut in hymno Homerico: τετράδι τῇ προτέρῃ τῇ μιν τέκε πότνια μήτηρ. τῇ ἑβδόμῃ dabatur ocium, & permittebantur luſus pueris. τῇ δεκάτῃ, nomina imponebantur quondam infantibus: unde eſt, ποιῆσαι, & ἑστιᾶσαι δεκάτην, apud Demoſth. πρὸς Βοιωτὸν, περὶ τοῦ ὀνόματος, & περὶ προικός. Verùm hæc δεκάτη, non menſis intelligenda, ſed decima, ſiue dies, ſeu nox poſt genitum

puerum. Inter dies. ἀποφρὰς ater, ſeu nefaſtus dicebatur. & ἐπίβδα propriè, ἡ μεθέορτος, proximè ſequens ferias: quaſi ὑπὲρ βδᾶς, ut Etymologici aiunt. Pindarus translatè eſt uſus, cùm dixit, auaros poſt feſtiuitatem cupiditatum ſuarum non euitare nequaquam gratam, neque iucundam diem, quæ illas excipiat. Πυθίων 4. ἀλλά τοι θνατῶν φρένες ὠκύτεραι κέρδος αἰνῆσαι πρὸ δίκας, δόλιον τραχεῖαν ἑρπόντων πρὸς ἐπίβδαν ὅμως.

9 Θαυμαστὸν ἡλίκον.) Huius generis ſunt, θαυμαστὸν ὅσον ἤθελω, mirum quàm. Lucian. de hiſtoria componenda, ὡς ἐλπίσαι θαυμαστὰ ἡλίκα μετὰ ταῦτα ἀκούσεσθαι, ut iam quædam miracula expectent. Ponitur & ὅσον & οἷον, ut Græci aiunt, ἐπὶ θαυμασμοῦ: ut, τῆς ἀναιδείας ὅση, hoc eſt, ô impudentiam ſingularem. Pluto, οἵοις ἄρ' ἀνθρώποις ξυνὼν ἐλάνθανον. Tale poteſt accipi & hoc Platonicum, εἴη δ' ἂν καὶ ὁ τοῦ ἡμετέρου, ἑταίρου Θεάγους χαλινὸς οἷος κατασχεῖν. πολιτείας, hoc eſt, fuerit autem & mirificum in cohibendo frenum illud amici noſtri Theagis. Vel παράδειγμα ſignificat, ut ſit ſenſus, In coërcendo quoque ualuerit multum frenum, quale Theagis amici noſtri. Sic & Aeſchines, οἷον τούς τε ἱερέας καὶ τὰς ἱερείας ὑπευθύνους εἶναι κελεύει ὁ νόμος. hoc aduerbialiter ita ponitur, & plurali etiam formatione οἷα. Herod. οἷα ἐλευθερίης γευσάμενοι. Lucian. πῶς δεῖ

ἱστορίαν συγγράφειν. ἀλλ' ὀξὺ δεδορκὼς οἷος καὶ πράγμασι χρήσασθαι εἰ τῶν ξαπείῳ. & mox, οὐδ' οἷος πιστεύειν μόνον τοῖς ἀπαγγέλλουσι, id eſt, qui & rebus ſatisfacere poßit, & cuius fides non pendeat de enarrationibus aliorum. Thucyd. 2. ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἔργῳ γενομένων, ἔργῳ καὶ δηλοῦσθαι τὰς τιμάς, οἷα καὶ νῦν περὶ τὸν τάφον τόνδε δημοσίᾳ παρασκευασθέντα ὁρᾶτε, οἷόστε: & aduerbialiter οἷόν τε, & οἷά τε, promptitudinis & facultatis ſignificationem habet. Poly. ὁ δ' Ἀπελλῆς οὐδ' ὣς ἔληγε τῆς ἐπιβολῆς, ἀλλ' οἷός τε ἦν ἄγων ὑπὸ τὸν ζυγὸν τοῦ κατὰ βραχὺ τοὺς Ἀχαιοὺς, operam dabat, aut adnitebatur. Herod. οἷοί τε ἔσεσθε ὑπερβαλλόμενοι τοὺς ἐναντίους εἶναι ἐλεύθεροι, hoc eſt, poteritis uictis hoſtibus eſſe liberi. Idem Ερατοῖ πλὼν οὐκ ἐσαρτώθον, τοὺς ἄλλους, οὐ γὰρ οἷά τε ἦν, non enim fieri poterat. Item notanda repetitio relatiuorum, ut illud: Quæ quibus antè feram. Sopho. Ηλέκτρα. οἷ ἔργα δράσας, οἷα λαγχάνει κακά. Iſoc. τίς οὐκ οἶδεν ἐξ οἵων συμφορῶν εἰς ὅσην εὐδαιμονίαν κατέστησαν. οὐδὲν οἷον, nihil uetat. Plato Gorg. οὐδὲν οἷον τὸν αὐτὸν ἐρωτᾷν. ὅσον οὔπω, & ὅσον οὐδέπω, & ὅσον οὐκ ἤδη, mox iamiam. Αληθοῦς ἱστορίας α. ὅσον οὐδέπω καὶ αὐτοὶ καρποφορήσειν ἔμελλον, iamiam & ipſi fructum eſſe laturi uidebantur. Herod. α. ἡμεῖς δὲ τὸ σὸν γένος ὅσον οὐδέπω ἀπολλύμεθα, ſumus proximi exitio. Et mox, ἡμῖν

δὲ ἐσόμενον ὅσον οὐδέπω, iamiam nobis quoq; futurum. Thucyd. ult. καὶ ὅπον οὐκ ἤδη ἐνόμιζον αὐτοὺς παρεῖναι. & Ελληνικῶν ς. καὶ γὰρ ἐλέγετο ὅτι Ἰφικράτης ὅσον οὐκ ἤδη παρείη.

9 Σχολῇ.) Minimè, nequaquam. Oedipo. Tyranno ἐπεὶ σχολῇ σ' ἂν οἴκους τοὺς ἐμοὺς ἐστειλάμην, ſi enim hoc ſciſſem, non accerſi te iuſsiſſem. Solet autem illi aduerbiali Datiuo adiungi ferè γε. Plato Lyſide: ὃ δὲ αὐτὸ αὑτῷ ἀνόμοιον εἴη, καὶ διάφορον σχολῇ γέ τῳ ἄλλῳ ὅμοιον ἢ φίλον γένοιτο. Phædone: καί τοι εἰ αὗται τῶν περὶ τὸ σῶμα αἰσθήσεων μὴ ἀκριβεῖς εἰσὶ μηδὲ σαφεῖς, σχολῇ γε αἱ ἄλλαι, non poſſunt aliæ eſſe.

Ibidem. Βλέπειν σεμνόν.) Neutra aduerbialiter poſita: eſtq; hic uſus frequentiſsimus. Δεινὸν βλέπειν, βλοσυρόν. Alceſtide, τί σεμνὸν καὶ πεφροντικὸς βλέπεις, Pluto. βλέποντ' ἀποδείξω σ' ὀξύτερον τοῦ λυγκέως. Ibidem figuratè Accuſatiuo eſt ſimiliter uſus. βλέπειν γὰρ ἄντικρυς δόξεις μ' ὄρη, planè martium intelliges me tueri. Rurſum Luciano. τραγικὸν βλέπειν, & φοβερὸν, ac ἐκπληκτικῶς βλέπειν. κατάπλῳ. Sic etiam dixêre, φθέγγεσθαι μέγα. Et Lucian. εὐχαῖς, ἐφθέγγετο παρασεσυρμένον τι, καὶ συνεχὲς, καὶ ἐπίτροχον, confuſum loquebatur, & indiſtinctum, ac feſtinum.

## DE VERBIS SVBSTANTIVIS.

10 Conſtructio uerbi ſubſtantiui εἰμὶ cum ſequentis articuli poſtpoſitiui comprehenſione, diligenter animaduertenda. Nam articulus ad ſequentia reſpondet: ut apud Herodianum, ἔστι δ᾽ ὧν καὶ πεῖρα μετέχον τῶν βασιλικαῖς, ἢ δημοσίαις ὑπηρεσίαις γενόμενος. παιδείας β. τὸ ἔστιν οἳ ἐτύγχανον, καὶ θωράκων, καὶ γέρρων, οἱ δὲ καὶ μηρῶν, καὶ κνημίδος. Thucyd. α. τῆς τε ἄλλης Ἑλλάδος ἔστιν ἃ χωρία. Et poſtea, καὶ ἔστιν ἃ καὶ πολίσματα εἷλεν. ἑλληνικῶν δ᾽. καὶ ἐκείνῳ τῷ ἔτει ἔστι μὲν ἃ τῶν ἄθλων δὶς συνικήθη ἔστι δ᾽ ἃ δὶς οἱ αὐτοὶ ἐκηρύχθησαν, illo anno binæ accidere quorundam certaminum uictoriæ, & bina de iiſdem præconia. Thucyd. 8. etiam plurali uerbo eſt uſus, εἰσὶ δ᾽ αἳ τῶν νεῶν, καὶ ἐς σίγειον κατῆραν. Adiunguntur & aduerbia loci, ac temporis, ſimiliter uerbo ſubſtantiuo ἔστιν ᾗ, ἔσθ᾽ ὅτε. Item, οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως, Thucyd. α. οἱ γὰρ θεμέλιοι παντοίων λίθων ὑπόκεινται, καὶ οὐ ξυνειργασμένων ἔστιν ᾗ, fundamenta enim uaria ſaxa habent congeſta, & ne quadrata quidem alicubi cernere eſt. Electra, οὐ γὰρ ἔσθ᾽ ὅπως ὁ δ᾽ οὐκ Ὀρέστης ἐστί, profectò enim Oreſtes hic eſt. Herod. δ. εἴτε δικάζοιεν τὰ ἐναντία ἐφρόνουν ἐπ᾽ ὀλέθρῳ τῶν δικαζομένων ἔσθ᾽ ὅτε. Et mox, ἔσθ᾽ ὅπῃ τὸ ξυλίνοις χρώμενος σκεύεσιν, nonnunquam. Ac pauló pòſt, ἔσθ᾽ ὅπου δὲ καὶ χλεύης εἴδο-

μὴν ἀξίας εἰκόνας. Nonnulla etiam uidemus ridicula ſimulachra. Item cum caſu appoſito ad præpoſitionem, Thucyd.α. αὐχμοί τε ἔστι παρ᾽ οἷς μέγαλοι καὶ ἀπ᾽ αὐτῶν καὶ λιμοὶ ξυνέβησαν. Iungitur cum uerbo τυγχάνω participium uerbi εἰμί. Iſocra. Archia. αἱ δὲ δυσπραξίαι ταχέως καταφανεῖς ποιοῦσιν, ὁποῖοί τινες ἕκαστοι τυγχάνουσιν ὄντες. cum alijs participijs. Electra, αἴσχιστα πάντων ἔργα δρῶσα τυγχάνεις. Similiter & apud poëtas, κυρῶ. εὖ κυρεῖ. ποῦ ποτ᾽ ὢν κυρεῖς. Ibidem & Trachinijs, ὧν γ᾽ ἂν ἐξειδὼς κυρῶ, & ἐκπεπληγμένη κυρῶ. Adiunxêre autem frequenter participijs aliorum uerborum ſubſtantiua planè περιφραστικῶς, ubi Latini uerbis modò uterentur, Herod. κακὸν τοσοῦτον εἴη ἴωνας ἐξεργασμένος. Plato Epitaphio: οὕτω πολλὰ καὶ μαχιμὰ γένη καταδεδουλωμένη ἦν ἡ περσῶν ἀρχή, hoc eſt, domuerat, καταδεδούλωτο. Et Pluto, ὁ δὲ πολὺ μᾶλλον γένους ἐστὶν ἐξολωλεκώς, id eſt, ἀπώλεσε, perdidit. Huius figuræ ſunt illa, ἦν λέγων, περιπατῶν, καθήμενος. Huc pertinent & illæ περιφράσεις cum uerbo γίνομαι, ἐγένετο ἐπὶ σκύθας αὐτοῦ Δαρείου ἔλασις Μελπομένη. Sed in his nonnunquam eſt quædam ἔμφασις, ut cùm Latinè dicitur: Non is erat, qui uirtuti neruos incideret. Herod. σαδυάττης γὰρ οὗτος, καὶ ὁ τὸν πόλεμον ἦν συνάψας. Et mox, οὗτος τοῖς λυδοῖσι ἐστὶ μαχεσάμενος, ὅτι νὺξ ἡ ἡμέρη ἐγένετο, hic ille eſt,

qui dimicauit cum Lydis, quo tempore interdiu obtenebrauit commiſſo prælio. Verbum ſubſtantiuum in modo infinitiuo, & Accuſatiuum proprium illius modi caſum admittit, & alium reſpondentem ad uerbum finitum, ut ἐξεὸν αὐτῷ βασιλέα γενέσθαι, cùm regem eſſe poteſtas illi fieret. Plato Epitaphio: καὶ ἐμοὶ μὲν οὐδὲν θαυμαστὸν οἵῳ τε εἶναι εἰπεῖν.

## DE PARTICIPIIS absolutis.

25 Elegans eſt uſus participiorum apud Græcos, ſed præcipuè eorum, quæ abſolutè ponuntur. Δέον, δόξαν, ἐξόν, μετὸν, παρόν, τυχόν. Lucia. Lapithis, οὕτως οἶμαι τυχόν. Herod 1. ἐξεὸν αὐτῷ βασιλέα γενέσθαι, cùm poteſtas illi fieret. Thucyd. α. ὡς οὐ μετὸν αὐτοῖς ἐπὶ Δάμνου. Sophoc. Electra. νῦν δ' ἐξὸν πατρὸς πάντων ἀρίστου παῖδα καλεῖσθαι, cùm tibi concedatur, Δόξαν δέ σφι ἐποίευν τοιόνδε, cùm placuiſſet. Lucian. Rhetorum Didaſcalo, τοσαῦτα καμὼν, οὐδὲν δέον. Tale eſt & μέλον. Lucian. Toxari, ὥσπερ οὐ πάνυ σοι μέλον εἰ ἀποτμηθείης τὴν γλῶσσαν, quaſi parùm ſolicitus ſis, ne lingua tibi uicto præcidatur, Item ὄν. Thucyd. α. ἄδηλον ὂν ὁπότε τις ἐπελθὼν, καὶ ἅμα ἀτειχίστων ὄντων, ἄλλος ἀφαιρήσεται, cùm eſſet inexploratum. Et mox, ὡς βεβαιὸν ὄν, tanquam loco tuto: quod tamen accipi poteſt, ut ſit Atticè poſitum participium in ſignificatione

uerbali:ut Oedipo.Tyran.οἶσθ' ὡς ποιήσων, ſcis quid facias. φρόνει βεβὼς αὖ νῦν ἐπὶ ξυροῦ τύχης, ſcito te conſtitiſſe:eſtq́; hoc frequentiſsimum.

Eſt & peculiaris Græcis uſus infinitiui ſubſtantiui talis. Herod Εὐτέρπῃ μεγάλα ἐκτήσατο χρήματα ὡς ἂν εἶναι Ῥοδῶπιν, ut quæ quidem Rhodopis eſſet: & κλειοῖ. ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιησάμενος τὴν πρώτην εἶναι. παιδείας β. οὐδὲ μὴν φίλοις γε, οὐδὲ ξένοις ἑκὼν εἶναι γέλωτα παρέχεις. Herodian. ε. οὐδὲν οὖν εἶναι αὐτὴν ἐλάνθανε τῶν ὑπὸ τοῦ Αντωνίου βουλευομένων, nihil igitur illam eò loci conſtitutam fugiebat, &c. Huc referantur & hæc, ἐν τῷ νῦν εἶναι, in præſentia: & ὁ λόγος ὁ τί ἦν εἶναι. Participium uerbi ſubſtantiui aduerbialiter affirmatiuum eſt, ὄντως reuerà, quòd & τῷ ὄντι dicitur, & ueritatem notat. Plat.Epita. καὶ τῷ ὄντι τὸ πατρίδι οἰκοῦντας. Μελπομένη, εἰ δὴ τῷ ὄντι γε Ομηρος ταῦτα τὰ ἔπεα ἐποίησε: & κλειοῖ κατὰ τὸ ἐὸν τὰς δίκας ἀποβαίνειν, iuſtas ferri ſententias.

## DE ARTICVLIS.

Non poteſt intelligi articulorum natura de Latino ſermone, propterea quòd illa prorſus articulis non utitur. Eſt autem particula hæc orationis eiuſmodi, ut ſubducta ſuo loco, aut alieno inculcata, mirificè orationem deformare uideatur: quod quidem quale ſit, nullis præceptis poteſt explicari, ſed totũ poſitũ eſt in ob-

ſer-

ſeruationis diligentia. Quod quidem ferè docent, articulum aliquid quaſi prius dictum deſignare, rectiùs, ut opinor, diceretur, articuli generalem ſignificationem eſſe ἐμφατικὴν, & habere ἔντασιν, ut ſit in adiectionibus & appoſitionibus, demonſtrationibus explicando, diſcernendo. Creberrimi etiam ſunt ἐκλείψεις uocum, quæ in articulis intelliguntur. Iam contra præcepta uſus illorum ualdè multa reperias apud autores linguæ Græcæ, ut ſic oporteret loqui: τὰς τῶν σπουδαίων γνώμας, τὰς τῶν φαύλων διανοίας, τοῖς τοῦ πατρὸς ἐπιτηδεύμασι. Sed idem tamen Iſocrates ſic etiam, ἀλλ' ὁ μὲν τῷ Περσῶν στρατοπέδῳ τῷ Μήδων ἐνίκησεν. Et Herodotus, Δευτραῖος ἐκ τοῦ ἀθηναίων ἄστεος. Quorum & illud erat, τῷ στρατοπέδῳ τῶν Περσῶν. & hoc, ἐκ τοῦ ἄστεος τῶν ἀθηναίων. Iam hoc adiectiuum adiunctum ſubſtantiuo ſolui in Genitiuum εὔαρθρον. Neque ipſum ſeruarunt, τοῖσι σώφροσι βροτῶν, καὶ οἱ δ' ἀκοσμοῦντες βροτῶν, Phyloctete & Thucyd. τοὺς βοηθήσαντας λοκρῶν μάχῃ ἐκράτησε. Hæc admonere paucis uiſum, ut ſtudioſi linguæ Græcæ ſcirent in hac parte ſibi nequaquam uerſanda negligenter ſcripta ueterum, neque adnotationibus parcendum eſſe.

Articuli etiam temerè aduerbijs, & quorum eſt aduerbialis ſignificatio, adduntur, aut non adduntur, ἀρχὴν, τὴν ἀρχὴν. τέλος, τὸ τέλος. παρὰ πολύ, πα-

ρὰ δ᾽ πολύ. ἐπὶ πλεῖσον, ἐπὶ δ᾽ πλεῖσον. παραυτίκα, τὸ παραυτίκα. ἀπὸ τούτου, δ᾽ ἀπὸ τούτου. μετὰ ταῦτα, τά μετὰ ταῦτα. ἐπὶ τούτοις, τὸ ἐπὶ τούτοις. παρὰ πολύ, τὸ παρὰ πολύ. Quæ quidem ſcribunt, ac legunt ὑφὲν, τὴν ἀρχὴν, τοὐπιπλεῖσον, τοὐπαποτούτου. Huiuſmodi ſunt, τὴν ταχίστην, ταμάλιστα, τοπρῶτον, τοπαραπολύ.

Eſt & elegans repetitio articuli præpoſitiui cum particula δὲ, ad hunc modum, ὅσον γὰρ χρόνον προύστη τῆς πόλεως ἐν τῇ εἰρήνῃ, μετρίως ἐξηγεῖτο, καὶ ἀσφαλῶς διεφύλαξεν αὐτὴν, καὶ ἐγένετο ἐπ᾽ ἐκείνου μεγίστη, ἐπειδή τε ὁ πόλεμος κατέστη, ὁ δὲ φαίνεται καὶ ἐν τούτῳ προγνοὺς τὴν δύναμιν. Quandiu enim præfuit reipub. in pace, moderatè eſt principatu uſus, & incolumẽ illam conſeruauit, quæ illo tempore ad ingentem magnitudinem excreuit. Cùm uerò bellum inuaſiſſet, ne tum quidem uires hunc fugerunt, &c. Herod. οἱ δὲ πάριοι ὅκως μὲν τοι δώσωσι Μιλτιάδῃ ἀργυρίου οὐδὲν, διενοεῦντο, οἱ δὲ ὅκως διαφυλάξωσι τὴν πόλιν τοῦτο ἐμηχανῶντο, Parijs quidem argentum dare Miltiadi animus non erat, hoc autem omni ratione agebant, ut defenderent urbẽ.

ΤΕΛΟΣ.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432170-p0227-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432170-p0228-1
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432170-p0229-0

Cb 855.

ULB Halle 3
004 486 161

Sb.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432170-p0231-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432170-p0232-3

# SYNTAXIS
# INGVAE
AECAE, IOANNE VA
NIO MECHLINIENSI, AVTO-
NA CVM ANNOTATIVNCVLIS PAVCIS
ræcepta Syntaxis Varennianæ, per Ioachimum Camerarium.

*Reliqua ſequens pagella indicabit.*



ophoro Ludouico.

LONIAE AGRIPPINAE
*Ad interſignium Monocerotis.*

79 [1532]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-432170-p0233-9